

quod ita praesumatur: atque ita versatur in matrimonio non vero, sed praesumpto: sicut enim simul ut matrimonium ab Ecclesia habeatur pro valido, & tamen vere sit nullum coram Deo, textus sunt clari in dict. cap. litteras, de rescriptis. & cap. Inquisitione, de sententia excommunicata. Haec autem praesumptio cum inducta fuerit de iure politico, & ex constitutione Ecclesiae, nihil obstat quominus tolli possit per Summum Pontificem per viam dispensationis, juxta cap. Imotus, de electis, seu beneficio restitutionis in integrum, juxta ea, quae tradunt Alexand. in leg. si inter stipulantem, §. 1. num. 3. ff. de verb. obligat. Ruin. cons. 68, n. 20. vol. 1. Alciat. de praesumpt. in praed. 2. par. n. 18. Socin. Jun. consil. 104 n. 18. vol. 3. & Menoch. de praesumpt. lib. 1. q. 70. n. 1. & 2. Exemplum delumi potest ex cap. si quidem, de spons. ubi sponsalia de futuro transiunt in matrimonium per copulam subsequitam praesumptione juris, & de iure, contra quam probatio non admittitur, ut illic statuitur. Ponamus ergo Sedem Apostolicam ex iusta causa indulgere sponso, ut non obstante illa praesumptione possit probare se non contempsisse in sponsam affectu uxorio, idque cum legitime probable: certe matrimonium, quod ab Ecclesia habeatur pro valido, jam apparebit nullum, nec tamen propterea Ecclesia dicetur dispensasse super matrimonio consummato. Similiter si admittentur testes producti ab illa muliere, quae in c. Ad id quod, eod. tit. post matrimonium metu contractum per annum cum dimidio viro cohabitavit, utique metu probato, matrimonium, quod prius validum praesumebatur, esset nullum, juxta textum in cap. Cum locum de sponsal. & cap. de illis, §. secundo, de desponsat. impuber. nec tamen Ecclesia dicenda esset propterea irritum facere matrimonium, sed tantum habitare ad illas probationes, ex quibus postea ipsius matrimonij nullitas resultat, ut optime declarat Abbas in cap. Ex parte, num. 1. 2. & 16. de rescriptis. Alexand. cons. 30. per tot. lib. 7. & Odd. de rescriptis in integrum, 2. par. q. 60. artic. 3. num. 20. Et quoad professionem quamvis matrimonium contractum ab illa muliere, quae fixit se profiteri, in foro Ecclesiae sit nullum, eo quod professio habeatur pro valida, juxta textum in dicto cap. Quod interrogasti, 27. distinct. ubi post Lap. & Archid. id not. Præpof. num. 19. Tamen si Sedes Apostolica admitteret illam mulierem ad probandam simulationem, & dissensum, professio post probationem hujusmodi appareat nulla, ut ibi notatur per gloss. & DD. & tradit gloss. in cap. Vidua, in ver. Licet Sacramento, de regul. & consequenter matrimonium apparetur validum, non quia Sedes Apostolica statuere super substantia matrimonij, sed tantum quia tolleretur oblatulum praesumptionis inductum ex constitutione Ecclesiae, quod impediebat quominus veritas matrimonij probari posset.

QVICLERICI, vel VOVEN.

Cap. Insinuante.

SVM MARIVM.

Votum solemnè impedit, & dirimit matrimonium post contractum.

- 2. Vxor non est peccenda a Principe.
- 3. Matrimonia debent esse libera.
- 4. Matrimony libertatem impediens excommunicatur à Concilio Tridentino, si sint domini temporales, vel magistratus, seu si privata persona.
- 5. Metus proveniens ex imperio Principis non irritat votum, vel matrimonium, & n. seqq.
- Nisi Princeps consueverit tyrannice tractare non obtemperantes preceptis suis, n. 8.
- 6. Metus levis non impedit libertatem consensus.
- 7. Metus non probatur sufficienter ex dignitate adversariorum, nisi aliter probetur per officio.
- 9. Metus iustus non inducit ex reverentia mariti, nisi processum fuerit ad minas, aut verberata.
- 10. Vovens castitatem respectu certa regula approbata an obligetur ad omnia substantialia regula, & n. seqq. usq. ad n. 18.
- 11. Quid si habitum suscipiat animo omnia substantialia profuturum.
- 12. Et quid si intendat se obligare ad solam continentiam.
- Et quid si de illius intentione dubitetur, n. 14.
- 13. Votum solemnè castitatis respectu solius castitatis, & dirimere matrimonium post contractum, est error.
- 15. Votum castitatis solemnè citatur per susceptionem, & delationem habitus etiam extra monasterium, & n. 17.
- 16. Professio irregularis quae dicitur.
- 18. Professio fieri potest etiam in manibus privati Religiosi habitus speciale mandatum à Superiore.
- 19. Professio tacita dirimit matrimonium post contractum, etiam si eo plures filij fuerint creati.
- 20. Metus illatus tempore emissionis voti purgatur ex patientia, & perseverantia in delatione habitus regularis.
- 21. Religiosus an possit habere bona sua ad usumfructum, vel usum, aut administrationem de licentia Praelati, & dependenter ab illius voluntate.
- 22. Professionem non vitiat pactum reservationis bonorum quoad usum, vel administrationem, sed vitiatur.
- 23. Pecunia annua, quam sibi monialiter servavit in actu professionis, in quos usus per Abbatissam erogari debet.
- 24. Ingressus in monasterium an sit de substantia professionis, & n. seqq. usq. ad n. 42. Quid in professione tacita, n. 30. Et quid in professione expressa, n. 31.
- 25. Professio eius, qui se sui mensis anni novitiatus fecit in monasterio, & residuum anni extra illud sub obedientia Praelati, valida est, & n. 38. & seqq.
- 26. Professio expressa de iure communi fieri poterat in ipsomet ingressu etiam non data perseverantia tridui.
- 27. Professio fieri debet in solitudine, & silentio.
- 28. Novitii ex regula S. Benedicti qualiter sint probandi.
- 29. Veteranus non dicitur, sed novitius qui per annum gestavit habitum extra ordinem.
- 30. Professio tacita non inducit ex susceptione, vel gestatione habitus regularis, nisi intra monasterium.

Qui Cler. vel voventes. c. Insinuante.

- rium, & Congregationem Monachorum.
- 31. Novitius qui fecit sex menses in monasterio, & postea exivit sine licentia Abbatis, & infra triduum ad monasterium rediit, non potest valide profiteri post alios sex menses, & n. seqq. usque ad num. 30.
- 32. Novitius, qui peracto probationis anno rediit ad seculum, nullo ad monasterium reversus profiteri possit sine novo anno probationis.
- 33. Annu probationis debet esse continuus.
- 34. Quinquaginta, & quinquaginta non sunt centum.
- 35. Novitius, qui ternos menses in monasterio moratus exiit, & reversus post alios novem menses professionem emisit, habitumque proferturum octiduum menses restavit, non obligatur ex professione expressa, sed ex tacita.
- 36. Annu probationis interrumpitur, si novitius animo transiendi ad aliam religionem dum horas in alio Conventu moratus fuerat.
- 37. Secus si animo fugiendi aliquantisper latitaverit intra claustrum.
- 39. Monachus ubi vis locorum degat de licentia Abbatis fingitur degere intra claustrum.
- 40. Novitius non tenetur probare omnes asseritates religionis in specie, sed satis est ut illas probet in genere.
- 41. Novitius, qui nunquam ingressus est monasterium, sed extra illud habitum regularis suscepit, post Concilium Tridentinum non potest ad professionem admitti.
- 42. Ad professionem validitatem an ex decreto Clementis VIII. requiratur, ut tam receptio ad habitum cum perseverantia annali, quam professio ipsa fiat in Conventu designato, & n. seqq. usque in finem.
- 43. Clementis VIII. decreta de Novitijs non recipiendis nisi in Conventibus designatis referuntur.
- 44. Accceptio ad religionem facta extra Conventum designatum sine habitu traditione an sit contra decreta Clementis VIII. & n. seqq.
- 45. Novitius proprie non dicitur per solam acceptationem, ante actualem habitum susceptionem.
- 46. Novitii recepti extra locum designatum ad recipiendos novitios, nomine tamen Conventus designati, an sit nulla.
- 47. Ratificans dicitur auctor facti.
- 48. Novitius receptus extra locum designatum, nomine tamen Conventus designati ad recipiendos novitios, à quo tempore incipiat annum probationis.
- 49. Professio est nulla si novitius annum probationis fecerit extra locum designatum, licet receptus fuerit, & professionem emisit in loco designato.
- 50. Professio eius, qui fecit annum probationis in Conventu ad recipiendos novitios designato, an sit nulla si extra Conventum designatum emissa fuerit.
- 51. Quid si novitius fuerit receptus ad professionem in Conventu non designato sine admissione, & litteris testimonialem Conventus designati.
- 52. Et quid si pravia admissione, & litteris huiusmodi.
- 53. In alternativa prohibitione sufficit alterutrum verificari ut sit locus pena.
- 54. Copula requirit concursum utriusque copulati.
- 55. Novitius quid agere debeat ut recipi possit in situm Conventus ad recipiendos novitios non designati.

56. Verba clara non admittunt interpretationem, aut voluntatis conjecturam.

INSINUANTE. Votum solemnè impedit, & dirimit matrimonium post contractum. Hoc dicit secundum omnes, & duas habet partes. In prima ponit facti ordinem. In secunda distinguendo committit, ibi, Nos igitur.

1. Nota primò ex illis verbis, *Fuit Regi Legionensi pro ipsius copula supplicatum.* Non videri improbatum à iure pro uxore accipienda portigere supplicationem Principi. Sed non elicta: & hic simpliciter narratur factum, non autem approbatum, quia à Principe non est petenda uxor, & contrafaciens anathematis gladio est feriendus, ut cap. Nullus, 36. q. 2. & de iure civili, qui super hoc rescriptum impetrat contingens se habere consensum puellae, plectitur poena amissionis bonorum, & reportationis, ut l. 1. c. Si nuptiae ex rescripto petantur. Ratio est, quia libera debent esse matrimonia, cap. Cum locum, cap. Requiri, & cap. Gemma, supra de sponsalib. & ita hic firmatur glof. 1. Innoc. in princip. Hostiens. tridem in princip. dicens id nimis frequenter fieri à Curialibus forte voluntibus ex divitijs mulieris aliquem patrum militem ditare. Joan. Andr. num. 2. Butr. num. 1. Anchar. & Præpof. ambo in 1. nor. glof. 1. & Doctores in dicto cap. Nullus. Hodie hoc videtur expressum à Concilio Tridentino in cap. 9. sess. 25. de reform. matrim.

2. ubi dicitur, *Maxime nefarium esse matrimonij libertatem violare, & ab eis injurias nasci, à quibus jura exspectantur.* Ideoque anathemate feriuntur Domini temporales, & Magistratus, qui subditos suos, vel quoscunque alios directè, vel indirectè cogunt, quominus libere matrimonio copulentur. Quod quidem Decretum à Synodo fuit specialiter edictum adversus Principes, & Magistratus seculares. Unde Sacra Congregatio eisdem Concilij Interpretes consulta, An prohibitio dicti cap. 9. circa matrimonij libertatem comprehendat privatas personas: respondit non comprehendere, sed tantum Dominos Temporales, & Magistratus cujusque gradus, & conditionis.

3. *Secundò nota ibi, sub obfestatione Regia: metum provenientem ex impetio Principis non tollere libertatem consensus in voto, vel matrimonio, puta quia consanguinei matrimonium suggerentes contestantur mulieri dicentes: Rex imperat nuptias nisi parceris tu, & nos exheredationem, & indignationem Regiam perpetuè incurrerimus: prout illa verba sub obfestatione Regia imponunt Host. in princip. & Jo. Andr. num. 2.* Vel dic, sub obfestatione, id est, adjuratione; Nam dicebat in dicto Contrahas, alioquin Rex dabit te alicui pauperi domicilio, ut disertis verbis inquit Abbas Antiqu. num. 1. Et ratio est, quia coactio hujusmodi dicitur modica, seu levis, ut innuit littera ibi. Attendentes quòd in emissionem voti nulla, vel modica coactio adivisset. Levis autem metus libertatem consensus non impedit, cap. Cum dilectus supra quod met. caus. & notat gloss. hic in ver. Modica. Conclude igitur, Regis, seu Principis imperium, si ad alia processum non fuerit, non inducere justum metum ad annullandum matrimonium, vel votum quomodem nec imperium parentum, ut hic, & in leg. si patre, ff. de rit. nuptiar. & in cap. Omnes causationes, 3. quæst. 7. cap. 1. cum ibi notat, in gloss. in ver. Consentit, supra de despons. impuber.

4. *Nota quòd ibi, supra de despons. impuber.*

5. *Nota quòd ibi, supra de despons. impuber.*

6. *Nota quòd ibi, supra de despons. impuber.*

7. *Nota quòd ibi, supra de despons. impuber.*

8 Ita hic singulariter tenet glof. in *ver. Metu Regis Hofi. nu. 2. in eod. ver. Jo. Andr. nu. 10. Butr. num. 6. Abb. num. 8. Alexand. de Navo num. 4. & Prapof. n. 2. & 8. not. Nec refragatur text. in *leg. penult. C. Quod met. caus.* & in cap. *Conventor. 23. q. 1. Quoniam. ut respondet Joan. Andr. d. n. 10. Dignitas aduersarii non fufficit ad metum probandum. ut eltext. in l. Ad inuidiam. m. C. Quod met. caus. nisi aliter probetur oppreffio: & sic loquitur iura praellegata. Verum tamen si Rex conuileyfit tyrannice tractare non obtemperantes suis praeceptis, aut precibus, tunc satis probaretur iustus metus, ut fatetur Joan. Andr. Quod dictum feruitur Petr. de Anchar. in 3. not. & dicit esse singulariter notandum Abbas d. n. 8. & allegat Bartol. idem sententiam in tractatu de Tyrannia: Et facit quod notat idem Bart. in d. l. Ad inuidiam, ubi ait, solam reuerentiam mariti non inducere iustum metum in uxore, nisi praesentem minz, vel verbera; dicit tamen Anchar. n. 1. in fin. Nimiam reuerentiam inducere iustum metum, ut l. 1. §. Qua omeranda. ff. Quorum rerum actio datur: & idem docuit Innoc. in cap. *Causam matrimonij, de officio Delegat.* Sed tu circa hoc vide omnino quod scripsi in cap. *Perlatum. n. 1. & 16. supr. de iis qui vi. metusve causa.***

10 Tertiò nota ibi, *Voluntatem emitteret castitatis.* Votum solum continentiae, seu castitatis, & sic alterius tantum esse substantialibus, si emittitur respectu certae regulae per Sedem Apostolicam approbata, & in manibus habentis potestatem incorporandi religioni, solemnizari, & veram professionem inducere, adeo ut obliget ad omnia substantialia regulae, prout hic notant glossa secunda, Butr. & Abbas ambo in 2. notab. Alex. de Navo in 1. notab. Prapof. in 3. & alij communiter. Sed tu in hoc articulo assumentio, & in aliquibus supplemento dicta Anton. de Butr. n. 9. post medium, vers. Dic ad hoc sic distingue. Quandoque voti castitate assumitur habitum certae regulae animo omnia substantialia proficendi; & valet ingressus, & solemnizatum est votum quoad omnia: & hoc planum, dummodo votum post susceptum habitum religionis per annum in probatione steterit, ad praescriptum Concilij Tridentini in cap. 1. §. sess. 25. de Regul. Quandoque voti castitatem intendit se obligare ad solam continentiam, non autem ad alia substantialia regulae: & de hoc constat ut, quia protestatur: & tunc si intendit esse de congregatione, seu collegio Monachorum, non valet protestatio, & tenet ingressus, ut idem Butr. notat in cap. fin. supra de cond. appof. Sin autem non intendat esse de Congregatione, sed seorsim habitare, tunc conflringitur voto castitatis, & bona retinet quoad proprietatem, secundum eum: quod multò clarus procedit post Concilium Tridentinum, ex cuius dispositione dum votum castitatis, sed nec professio quoad tria substantialia obligat profitentem sine susceptione habitus intra claustra ut dicam infra in r. quest. Quod autem subdit Butr. hoc casu votum solemnizari respectu castitatis tantum, non autem aliorum substantialium, ita ut dirimat matrimonium post contractum, est error: quia ad hoc requiritur professio expressa, vel tacita, quae necessarìo includit tria vota substantialia, ut est distinctum in cap. unico de voto, lib. 6. Quandoque verò dubitatur de mente votantis castitatem, an scilicet voluerit se ad-

stringere ad reliqua substantialia: & tunc si votum castitatis emittitur in claustra, & assumpto habitu religionis, videtur omnia emisisse, & quoad omnia solemnizatum esse votum. Intelligit si anncus probationis praesentis, alius secus, ut in decreto Concilij Tridentini d. cap. 15. Quod si votum emittatur extra religionem, & sine habitu susceptione, licet respectu certae regulae habentis tria substantialia, obligatur tantummodo ad continentiam votum, quod non est solumne, sed simplex, nec dirimit matrimonium post contractum, ut cap. *Consuluit, supra eod.* neque hoc casu est locus praelleg. decreto Concilij Tridentini, quod nihil dispoñit de voto, ut §. Congregatio declaravit. Sed si habitum religionis assumat, licet extra claustrum, tunc censetur voluisse omnia substantialia; quia ut post Hostien. formaliter inquit Petr. de Anchar. num. 3. Assumpto, & delatio habitus approbatae religionis post votum castitatis inducit professionem. Nec dicatur: Sola susceptio habitus, qui dari profitentibus consuevit. professionem inducit, ut notatur in c. *Consuluit, supra de Regular.* Ergo frustra hic ponderatur emissio voti castitatis: nam responderetur secundum Anchar. in hoc cap. induci quandam professionem irregularem, videlicet ex pluribus imperfectis speciebus, id est, ex voto castitatis, quod per se non sufficit, & ex delatione habitus extra claustrum, quod similiter non sufficit; nam secundum Hostien. multum operatur claustrum, congregatio, & loci stabilitas; unde susceptio, & delatio habitus professorum extra monasterium non inducit professionem, ut dixi in cap. *Satumum. n. 9. supra de regul.* Quisquis ergo secundum haec tempora in domo propria votum castitatis emittit respectu certae regulae approbatae, & habitum professionis assumit a potestatem habente, censetur professionem emittere, & obligatur ad omnia substantialia, & ita procedit haec decretalis Dixi secundum hanc temporam; quia hodie post Concilium Tridentinum nudum votum castitatis, sed nec expressa professio extra monasterium emissa obligat profitentem, ut plenè dicam infra in 1. q. n. 26. & 41.

18 Quartò nota ibi, *In manibus cuiusdam de Fratibus S. Augustini.* Professionem fieri posse etiam in manibus private religioni alicujus monasterij, ut hic notat Butr. num. 4. Sed tu hoc intellige, dummodo talis religiosus habuerit ad hoc speciale mandatam à Superiore, & Conuentu, prout intelligunt Hostien. in princip. in ver. *Fratribus,* Joann. Andr. num. 3. in eodem ver. *Collectar. num. 1. Cardinal. & Abb. ambo in 1. not. & Alexand. de Navo in 3. not.* Vel dummodo Superior, vel Conuentus postea ratum habuerit, secundum Cardin. in 1. appof. & Alexand. de Navo ubi supra. Alias enim simplex religiosus non potest obligare monasterium. & per consequens nec profitentem monasterio, cum sit quali matrimonium spirituale, arg. l. 1. §. *Navita ff. de aut. cap. & stabul.* & l. 2. ff. *Communia praedior.* ad hoc cap. *Porcedum,* & ibi dixi in ult. notab. & cap. *Ad Apofolicam, supra de Regular.*

19 Quintò nota ibi, *De quo quatuor susculit filios.* Tacitam professionem dirimere matrimonium post contractum etiam si ex eo plures filij sint procreati; nam proles, & numerus liberorum non roborat matrimonium aliis nullum, secundum Petr. de Anchar. num. 4. & Prapof. in 9. notab. licet

etè quandoque prebar iustam causam dispensandi, ut idem Anchar. notat in cap. *Clm haberet, infra de eo. qui duxit in matrimonium.*

20 Sextò nota ibi, *Penitus profugavit.* Metum illatum tempore emissionis poñte purgari ex patientia & perseverantia in delatione habitus regularis: nam ratione temporis evanescit exceptio, quia praesumitur novus consensus, cap. *Constat. 1. quest. 1. cap. Ad id quod supra, de sponsal.* cum alijs hic allegatis in glof. ultim. & notat Butr. in 2. notab. Alex. de Navo num. 5. & Prapof. in 10. notab. & adde quod notat Innoc. in cap. *Vidua, vers. Item nara, & Hostien. post eum, num. 8. vers. Hoc autem notandum, supra de regular.* ubi notabiliter decidunt, ut si novitius cum solumnitate fumpserit habitum, etiam si per vim, vel metum, tamen, nisi cum potuerit, illum dimiserit, ratum habuisse videatur, ut cap. *Cum virum, de regular.* & cap. 1. de hu, qua vi, mer. caus. & arg. d. cap. *Ad id quod, de sponsal.* si autem sine solumnitate, secus allegat cap. *Ve clerici, de regular.* licet subdant illam decretalem loqui quòdò in aliqua Ecclesia sunt tam professi, quam non professi eundem habitum regularem portant.

21 Ultimò nota ex illis verbis, *In domo propria cum omni substantia sua.* Religiosum posse licite retinere bona sua ad usum fructum, vel usum, aut administrationem de licentia Superioris, & dependentem ab illius voluntate: & hunc intellectum ad hanc decretalem quem Abbas num. 5. mirabilem dicit, tandem approbat glof. in ver. *Ubi in domo propria,* eamque recenset primo loco Innocent. num. 1. dicens: In domo propria posse quem profiteri in manibus Episcopi, vel Abbatis; & Episcopum, vel Abbatem posse illi latere certum locum, ubi moretur, & eius dare bona sua in administrationem, neq; hoc esse contra substantiam monachatus, cum possit esse sine proprio, & sub obedientia Superioris: licet nullus extra Papam possit ei hoc indulgere in perpetuum, & irrevocabiliter: & hunc intellectum dicit esse communi Abbas num. 6. quem etiam sequitur etiam in consilio 44. incipien. *Ad decisionem, num. 3. & 4. lib. 2.* ubi ait hunc textum esse ad hoc singularem, quem amplius dicit irrefragabilem Navarrus in cap. *Non dicitur, num. 46. 12. q. 1. r.* Tu verò dicit hunc intellectum esse improbatum evidenter ex iure novissimo Concilij Tridentini in cap. 2. sess. 25. de regular. ubi disertis verbis statuit, Ne deinceps liceat Superioribus bona stabilia alicui regulari concedere etiam ad usum fructum, vel usum, administrationem, aut commendam: & quavis Navarrus in *Comment. dicit. cap. Non dicitur, num. 47.* cui Recentiores ferè omnes subscripserunt, opinatus fuerit Concilium ibi non prohibuisse administrationem peculij, quae conceditur regularibus cum facilitate disponendi in usus licitos ad nutum Superiorum, tamen illius opinionem esse falsam latissime ostendi in cap. *Monach.* supra de statu Monachor. ubi à num. 2. usque ad num. 13. retuli opinionem Navarrus, & Recentiorum Theologorum in materia administrationis peculij; etque confirmavi in terminis juris communis à dicto num. 13. usque ad num. 44. & in terminis Concilij Tridentini ab eodem num. 44. usque ad num. 67. & in terminis decretorum Clementis VIII. à d. n. 67. usque in fin. & ad hunc tex. respondi in 3. fundamento nu. 28. ibi plenè videas,

22 An autem pactum reservationis bonorum in actu professionis valeat, necne, in signis est contentio tam inter Legistas, quam inter Canonistas; & complures opiniones colliguntur ex dictis Innocentij hic num. 1. & 2. & multis recentioribus glossa & Doctores, & in specie Abbas n. 7. in cap. fin. supra de condit. appof. & Bart. in Authen. *Ingressi, n. 29. C. de Sacr. Sanct. Ecclesie.* Tu, quod attinet ad intellectum hujus decretalis, concludo, pactum reservationis bonorum quoad usum fructum, vel usum, aut administrationem non vitare professionem, sed vitari. Primam partem, videlicet hujusmodi pactum non vitare professionem, amplectitur glof. nostra in verb. *Ubi in domo propria,* quam in hoc communiter sequuntur Doctores hic, & Bart. in dict. Authen. *Ingressi, num. 29.* ubi significat professionem valere, si ingrediens monasterium bona sibi reservaverit eo pacto, ut habeat illa in administrationem vel usum; & in dubio faciendam esse interpretationem, ut voluerit illa sibi retinere in administrationem, non autem in proprietatem, ut sic res potius valeat, quam pereat; & consensit Butr. hic num. 9. redarguens Bartolum, quod libi appropriaverit verba hujus glossae ad litteram, & illius mentionem non fecerit; cum tamen non sit verisimile ut illam non viderit. Sed revera Bart. immeritò reprehenditur; quia aperte meminit hujus glossae, ut patet ibi, de hoc & quartè glossa, licet hoc non fiat, extra qui cler. vel voyent. cap. fin. & ab hac opinione non repertur quemquam dissentire. Secundam verò partem, videlicet pactum reservationis bonorum in administrationem vel usum non valere, sed vitari, pluribus tueretur hic Anton. de Butr. num. 9. & fuis in cap. final. de conditio. appof. & pro hac parte allegari possunt Joan. Andr. & Doctores omnes, quoniam dicto cap. fin. & hic tenent reservationem bonorum etiam respectu proprietatis non vitare professionem, sive sit appofita per viam causa, sive modi, vel conditionis resolutiva, vel suspensiva. Hi enim à fortiori idem sentiunt in reservatione bonorum facta non respectu proprietatis, sed respectu administrationis, vel usus: & quamvis contra Anton. de Butr. teneat Abbas hic num. 6. sentiens reservationem administrationis etiam in pactum deductam non vitari, sed valere: tamen Abb. opinio hodie est reprobata à Concilio Tridentino in dicto cap. 2. sess. 25. de regular. ut recigi supra num. 22.

23 Demum conclusionem nostram, videlicet hoc pactum non vitare ingressum, sed vitari, scripsit probavit S. Congregatio eisdem Concilij Interpres, ut scripti in cap. *Monachi, supra de statu Monachor.* & praesertim in causa Panormitana: nam cum quaedam Monialis praeter dotem monasterij tributam sibi reservasset senta quinquaginta annua pro suis necessitatibus atque indigentis; petijt sibi fieri facultatem illa erogandi in usus praedictos. S. Congregatio cens. hanc pecuniam annuam non obstante reservatione iam quaesitam esse monasterio; ideoque deferendam esse recta ad manus Abbatis; quae primò prospiciat necessitatibus Monialis ottracis; & quod reliquum fuerit, in usus totius monasterij convertat.

24 OPERO. An ingressus in monasterium sit de substantia professionis. Pro parte negativa videtur textus apertus hic ubi

ubi hęc mulier votum castitatis emisit, & habitum regularem suscepit adjecto pacto, ut sibi liceret in domo propria remanere cum omni substantia sua, nec unquam ingressa est monasterium, in idem seculo publice matrimonium contraxit, & prolem fulsit: & tamen Pontifex mandat eam compelli ad male dñm illum Religionis habitum resumendum, & servandum quod vovit. Ergo sine ingressu monasterij votum fuit solemnizatum, & diremit matrimonium post contractum, ut ex hoc textu deducunt Innoc. & omnes concordat. text. in cap. de viduis, 27. q. 1. ubi vidua, vel puella, quae similiter in domibus proprijs habitum Religionis assumit solemniter vovendo, si postea nubant, debent suspendi a communione Sacramentorum cum suptratorum suis donec peniteant. Ad idem sunt iura expressa in cap. Ex parte, il primo, supra de convers. coniug. ubi secundum lecturam Abbat. Sicili conjugatus faciens professionem uxore consentiente, licet nunquam intraverit monasterium, si mortuo conjugate cum alia contrahat, non valet matrimonium, & monasterium intrare compellitur, & in cap. Sicut nobis, de Regularibus, ubi, Quis professorem fecit, licet in claustrum nunquam profuerit, sed in seculo suis bonis usus fuerit, ad observantiam regularem compellitur.) & ita ibi est casus secundum Joann. Andr. Butr. Cardinal. Ancharan. Abb. & omnes, & tenet hęc Cardinalis num. 2. dicens locum non esse de substantia religionis, & Abbas num. 4. quimodò idem Abbas in cap. Porrectum, in ult. notab. num. 7. de Reguli. per illum textum dicit, (Nec habitum, nec ingressum monasterij esse de substantialibus monachatus, sed de accidentalibus; ideoque professum compelli postulat monasticè vivat, licet nunquam intraverit monasterium, nec habitum sumptit.)

25 Et hanc sententiam respectu ingressus per textum hic videtur alias probasse S. Congregat. Concilij: nam proposito dubio, An valeat professio eius, qui sequimense anni novitiatus tantum mansit in monasterio, & residuo illius anni tempore de licentia & mandato Prælati, sub ejusque obedientia stetit in quadam Curia agendo gravia sui monasterij negotia, & in fine per Procuratorem professionem emisit: Responsum est valere, præsertim per cap. Innuantem, qui cleric. vel vovent. Nec est omittendum hanc decisionem fuisse à S. Congregatione editam, consulto prius Doctore Navarro, qui in cons. 31. incipiens. N. sicut electus, in tit. de Regular. eandem validis rationibus confirmat, ut patet in cons. 38. & seqq.

In oppositum videtur textus in cap. 1. de Regularibus, lib. 6. ibi: Quod si per totum sequentem annum in monasterio manserit; quæ verba non obscurè indicant novitium debere per totum annum in monasterio manere. Idemque insinuat Clem. Eos, eod. tit. in illis verbis: Novitorum habitum in aliqua religione portaverint; quasi dicat, secus si extra illa, ut ibi declarat glos. in verb. In aliqua, idem probat text. in c. Monasterij, 19. q. 3. ubi Gregorius prohibet quoslibet recipi in monasterijs ad conversionem. nisi biennium in conversatione compleant, id est, in communione & confortio fratrum, & sic intra claustra; quia dignum est, ut qui communem cum alijs vobis suscipiunt, communem sentiant in legibus disciplinam, cap. Recolentes, supra de statu monachor. Præ-

terea iura in contrarium adducta procedunt in terminis juris communis, quando annus probationis non erat de substantia monachatus, sed poterat illi à partibus renuncari, & censetur tacite renuntiatum per professionem infra annum emissam pariter & acceptam, ut est casus in cap. Ad Apostolicam, & ibi dixi in ult. not. & in cap. Statutum, de regular. Quare nihil mirum si tunc temporis claustrum non erat ex substantialibus monachatus: poterat enim quis validè profiteri sine ulla probatione in ipso tempore ingressu, & erat perpetuo religioni alligatus, ut cap. Firma, 20. q. 1. & 27. q. 1. per totam, & cap. Eos qui semel, 20. q. 3. & notat glos. final. in cap. Ad nostram, de reg. etiam non datà perseverantia tridui, qua non requirebatur nisi ad electum, ut quibus obijt votum religioni revocabiliter ex susceptione habitus professorum infra probationis tempus, ut declarat glos. ultim. communiter recepta in cap. Constitutionem, eodem tit. lib. 6.

At verò secus dicendum videtur post Concilium Tridentinum, quia ad validitatem professionis in quacunque religione necessarid exigitur, ut quis post susceptum habitum steterit per annum in probatione, ut in cap. 1. s. ff. 2. de regular. Neque hinc probationi potest amodo renunciari etiam de communi consensu novitij, & religionis, ut probavi in prædicta decretali Au Apostolicam, num. 23. cum autem probationis tempus à SS. Patribus institutum fuerit, ut novitius probet asperitates religionis, & religio motes illius, ut legitur in d. cap. Ad Apostolicam, consequens est, ut hæc probatio neque ex parte novitij, neque ex parte religionis fieri possit extra claustra: quandoquidem in solitudine, & silentio fieri debet probatio, cap. 1. & 2. 16. q. 1. cap. Cùm ad monasterium, supra de statu monachor. & notat glos. Magna in cap. Beneficium, post medium, vers. in contrarium, lib. 6. nec regulæ rigor in universum, aut novitij motes extra Conveniunt satis probari possunt, cap. Monasterij, 19. q. 3.

27 Quod non obscurè colligitur ex regula S. Benedicti cap. 58. de disciplina suscipiendorum fratrum, ubi sic legitur: (Noviter veniens quis ad conversionem, non est facilis tribuatur ingressus; sed sicut ait Apostolus: Probate spiritus si ex Deo sunt. Ergo si veniens perseveraverit pulsans, & illatas sibi injurias; & difficultatem ingressus visus fuerit patienter portare, annuatur ei ingressus; & fit in cella hospitium paucis diebus: postea autem fit in cella novitorum, ubi meditetur, & manducet, & dormiat; & tenor ei talis deputetur, qui aptus sit ad lucrandas animas, qui super eum omnino curiosè inrendat, & sollicitus sit, si verè Deum credit, & si sollicitus est ad opus Dei, ad obedientiam, & ad opprobria: prædicentur ei dura, & aspera, per quæ itur ad Deum, & probetur in omni patientia.) Hęc ibi, Et ex institutis eiusque religionis, & præcipue ex Decretis generalibus Clementis VIII. pro institutione, & educatione novitorum plurima præscribuntur, quæ manifestum est nullatenus impleri posse, nisi intra monasterij claustra. Unde qui moratur extra, nec religionem probat, nec probatur à religione, & consequenter non satisfacit Concilio, quod recipiam hanc probationem requirit ad valorem professionis. Et confirmatur ex eo, quod notat Bart. in leg. s. Quoties, n. 3. ff. de publican. ubi format hanc questionem. Quidam portavit habitum

28 Si verò agatur de professione expressa, tunc existimo tres casus esse distinguendos. Primus casus est in novitio, qui sex menses stetit in monasterio, ac deinde exivit sine licentia

per annum, sed non stetit in ordine; an dicatur veteranus; & certe non; quia debet stare in Ordine; ita concludit ibi Bart. indicens ad hoc litteram illius textus, ibi, Anno continuo in urbe.

30 His in utramque partem adductis, pro solutione distinguendum arbitror. An agatur de professione tacita, an verò de expressa.

Et quidem si agatur de professione tacita, quæ scilicet inducitur ex susceptione habitus professorum, vel ex gestatione annali habitus indultissimi, id est, à novitijs, & professis gestati soliti ad præscriptum c. 1. de Reg. lib. 6. cum tuis concordantibus. Concludendum videtur professionem non induci nisi habitus suscipiatur, & deferatur in monasterio; nam habitus professionis extra monasterium sumptus non facit Monachum, ut c. Statutum, de Regular. ubi hoc notat Holtiens. n. 2. in ver. Consuevit, Archid. in cap. Beneficium, n. 1. eodem tit. lib. 6. & Collectar. in c. prim. Dicens hujusmodi habitum extra religionem assumptum non solemnizare votum, nisi cum expresse emittitur: & similiter si quis portet multo tempore habitum religionis extra monasterium, non censetur professus, cap. Prædicti, de Regular. & notat glos. in Clement. Eos, in ver. In aliqua, eodem tit. & Abb. in dict. cap. Porrectum num. 8. Et est ratio secundum eum, quia tunc cessat præsumptio tacite professionis; nam si vellet profiteri, intraret monasterium: & eum sequitur totidem verbis Sylvester in ver. Religio, 3. q. 5. vers. Quinta. Neque obstat hæc decretalis, quia hic præter susceptionem, & gestationem habitus religionis præcellit votum castitatis, unde ex duobus imperfecijs votum remanet solemnizatum, ut tetigi supra num. 16. Et hanc sententiam videtur olim probasse Sac. Congregatio Concilij: nam Jo. Maria dum in minore ætate esset, & incumberet servitijs Urbani de Guidarijs dum vixit, Abbas, & perpetui Commendatarij Abbatis S. Nicolai Ordinis S. Basilij Mellanens. Diocesis, quæ anus sexaginta in commendam Clericis secularibus concedi consuevit, & in qua regularis observantia non vigeat, nec Conventus erat, quatuor minores ordines, & successivè alios, etiam Presbyteratus ad titulum d. Abbatie de licentia Commendatarij susceperat, habitumque à Monachis S. Benedicti gestari solitum, ipse perse, non autem per aliquem facultatem habentem susceperat, & hucusque gestavit. Dubitatum fuit an censetur emississe tacitam professionem. Fuit in Congregatione consideratum eos, qui extra monasterium, & congregationem Monachorum deferunt habitum regularem, non ideo obligari religioni, glos. in Clem. Eos, in ver. In aliqua, de Regularibus, Abbas in cap. Prædicti, eodem tit. Sed posse compelli dimittere, vel intrare; hic autem fuit extra congregationem Monachorum, cum in ea Abbatia, in qua mansit, nullus exiit Monachus: item non potest videri professus, cum per se ipsum habitum susceperat: oportet autem professionem recipi ab eo, qui habet potestatem recipiendi: c. Porrectum, ubi Abbas n. 9. & 11. de Regular. Noluit tamen Congregatio decidere, sed resecedit signaturam, & voluit ore dici supradictas decisiones.

31 Si verò agatur de professione expressa, tunc existimo tres casus esse distinguendos.

Primus casus est in novitio, qui sex menses stetit in monasterio, ac deinde exivit sine licentia

Superioris, & in seculo tres, vel quatuor dies moratus est; demum ad monasterium reversus post alios sex menses professionem emisit; & in hoc casu Abb. in cap. Ad Apostolicam, num. 9. supra de Regularibus, dicit Bart. Brix. disputale supradictam questionem, & tenuisse professionem valere: idemque tenuisse glossam in cap. Eam qui certus est, de regul. lib. 6. & Specular. in tit. de stat. Monachor. in §. 1. in vers. 37. sed miror de Abbate: nam Bart. Brixien. in sua questione Venerarij, 58. incipiens, Aliquis intravit monasterium: quem refert, & sequitur glos. præalleg. Format questionem longè diversam, videlicet, An novitius, qui est monasterio exivit finito anno probationis, si post longum tempus ad eandem religionem revertatur, debeat ex integro stare per annum in probatione: & resolvit non teneri per dictam regulam: Eum, qui certus est, ulterius certiorari non oportet, nisi conditio personæ, vel religionis sit immutata. Quæ sententia verissima est, eamque sapius probavit S. Congregatio Concilij, ut d. xi. in c. Ad Apostolicam, n. 43. de Regularibus. Et locus Speculatoris videtur corruptus; quia utitur ipsidem verbis, quibus utitur Brixienensis, licet illius non faciat mentionem: unde loco verborum, Ante tempus finitum, videtur restituendum. Post tempus finitum; prout loquitur Brixienensis. Sed quid sit de his, quod spectat ad casum superius propolitum, concludendum est professionem non valere, prout ipse Abbas concludit loc. cit. in Ordibus Mendicantium, in quibus professio infra annum emissa non obligat religioni in specie, ut cap. Non solum, & cap. Constitutionem, de Regular. lib. 6. Idemque ante eum tenuerunt Paulus de Eleazaris, & Joan. de Lignano in Clement. Eos, de Regularibus, & aperte Bart. in leg. Interdum, §. Quoties, num. 2. ff. de publican. & est communis opinio, ut restat Navar. dict. cons. 32. vers. Tertio, de Regularibus. Ratio est, quia annus probationis, sine quo post Concilium Tridentinum in quacunque religione irrita est professio, debet esse continuus, ut cap. 1. ibi, Per totum sequentem annum in monasterio manserit, de Regularibus, lib. 6. & tenent omnes in dict. cap. Ad Apostolicam; generaliter enim ibi iura certis temporis mentionem faciunt, intelligi debent de tempore continuo; quia regulariter omne tempus debet esse continuus, ut notat glos. in rubr. de divers. & temporal. prescrip. c. vna sive, vers. Sed hic notandum, Cardinal. in Clement. Casus, num. 12. vers. Quæ regula est, ut omne tempus de elect. & in proposito est bonus textus in dict. leg. Interdum, §. Quoties, ff. de publican. ubi servus dicitur novitius, qui non stetit in urbe per annum continuus. Facit J. un. ibi, Ad viginti annos observatione iugis, c. de professor. qui in urbe Constantinopol. lib. 12. Novitius autem, qui infra annum per aliquot dies absque licentia Prælati in seculo moratus est, non dicitur stetit in probatione per annum continuus, quia tempora non conjunguntur, ad quod facit optimus textus in leg. Vbi fides, ff. de solut. per quem textum junctâ gloss. in verb. Si denu, Bart. ibi in principio, Format eam questionem: statuto civitatis Lucanenensis cautur, ut exbannitus in centum libris supra possit impunè offendi: modò quidam habebat pluram bannum, unum scilicet in libris quinquaginta, aliud in quadraginta, & aliud quinquaginta, quæ simul constata excedunt centum.

non autem disjuncta: quærit Bart. an possit offendere impune: & determinat non posse, quia quinquaginta, & quinquaginta non sunt centum: aliud est enim quinquaginta, & quinquaginta, & aliud centum: sicut aliud sunt dena, & aliud viginti, ut est casus in d. l. *Veni fides infors.* Ita ergo in proposito remota probationis non conjunguntur; qui propter intermissionem diversificantur mores, & opera hominum, ut l. *Si non forem, §. Liberus, ff. de condit. institut.;* & certum est gravius esse religionis duritiam, & rigorem experiri per annum integrum, quam per annum interpolatum, ut Abbas considerat in prædicta Decretali, *Ad Apostolicam;* sicut docuit experientia eos in quætionibus posita atrocius cruciari ex tortura unius horæ continuæ, quam dimidia repetitæ cum aliquo temporis intervallo, secundum ea, que notantur per Bart. & Doctores in l. *Vniuersi, §. 1. ff. de quætionib. & per Hippolytum de Mar. in l. Reperi, n. 4. §. seq. & n. 10. ante fin. ff. eod.* Ergo talis non perfecte regulata est. Et in hac sententiam sæpius respondit S. Congregatio Concilii: & in specie cum Michael Angelus dubitaret, An valide professio esset, cum tres menses in monasterio moratus inde exierit, & postea reuersus, & alios tres menses itidem moratus, superveniente infirmitate rursus exierit, eaque liberatus, & ad monasterium reuersus post novem menses in manibus ministræ professionem emisit, habitumque professorum suscepit, quem decem, & octo menses gestavit: S. Congregatio censuit professionem expressam non valuisse; quia intra annum facta, nec tempora posse conjungi, sed requirit annum continuatum: inducitur tamen fuisse tacitam ex lapsu anni, & gestatione habitus Professorum per tantum tempus. Quinimo Procuratori Generali Ordinis Minorum quærenti, An novitius, qui à monasterio, ut aliam religionem ingrederetur, abiérat, ac duas tantum horas in alio Conventu moram traxerat, moxque facti penitens reuersus fuerat, teneretur incipere novum annum probationis: responsionem est teneri ab eo die, quo rediit. Porro ex statutis quarundam religionum hoc ipsum expressè cautum reperitur, ut in Ordine Carmelitarum, in quorundam Constitutionibus p. 1. cap. 13. de recept. & probat. novit. n. 3. sic legitur: (Si quando venerit quempiam ex novitijs temerè à Conventu fugam capere, ac extra Conventum in domos secularium se conferre, Ordinamus non posse hunc amplius ad habitum religionis, arque adeò intra Conventum recipi absque expressa licentia Prioris Generalis: cum verò admitteretur, incipiat annum probationis à die, quo iterum fuerit in religione acceptus.) Hæc ibi. Si tamen novitius non exivisset à monasterio, sed animo fugiendi intra claustrum aliquantisper latitasse, non propterea annus probationis censetur interruptus, ut ex facto respondit Navarr. *conf. 33. Puer quidam de Regulari.*

³⁸ Secundus casus est in novitio, qui post moram alicujus temporis in monasterio, puta sex quinque mensibus, aut duorum, vel trium mensium de licentia & mandato Superioris exivit, ac sub illius obedientia, & ex rationabili causa residuum anni temporis extra monasterium mansit, & expleto anno professionem emisit. Et manifestum est hujus professionem valere, ut in declaratione S. Congregationis superius relata *nim. 2. §.* Prima ratio est, quia

nullo jure cavetur, ut novitius per annum integrum debeat semper, & continue manere intra claustra, quin potius oppositum est cautum in hoc cap. & in alijs supra allegatis pro parte negativa ³⁹ *nim. 2. §.* Secunda ratio, quia Monachus ubi visio locorum degat de licentia Abbatis, fingitur degere intra claustra, ut inquit Abbas Siculus in cap. Ex *rescripto, n. 5. de jurjur. ubi refert ita dixisse Abbatem Antiquum in cap. Cum illorum, de sent. excom. & sequitur Sylvest. in ver. Religio, 3. q. 19. vers. Quinto, & Navar. in Comm. 2. de regul. super cap. Statuimus, 19. q. 3. n. 7. licet Abb. Antiq. explicite hoc non dicat, sed tantummodo Monachum posse absolvi per abbatem, etiam si aliquem perculserit extra claustra. Tertia ratio, quia negari non potest quin Superior possit impertiri licentiam subdito suo morandi extra claustra ad tempus, & ex rationabili causa, ut concludit Abbas in d. cap. Ex *rescripto, n. 5. vers. Potest dici.* at absurdum esset novitii à monasterio exeuntes de Abbatis licentia ad visitanda loca sacra, vel ad visendos parentes, vel cognatos suos aggrorantes, vel ad testimonium ferendum, aut ob aliam justam causam, ex hoc annum probationis interrumpere. Item enarrant Reges, & Principes, qui sunt Magni Magistri Religionum Militarum, dum milites novitios post duos, vel tres menses novitiatus frequenter mittunt ad defendenda aliquot oppida, aut ad bella contra infideles, ut ibi tempus probationis absolvan.*

⁴⁰ Quarta ratio, quia jure cautum non reperitur, ut novitius probare debeat omnes asperitates religionis in specie; unde satis est ut illas probet in genere degendo per annum sub obedientia Prælati: aliqui in novitijs statim post descumbere habitum morbo correptos in loco discumbere sex, vel octo, aut decem menses, elapso anno non possent valide profiteri, quod esset absurdum: ad hoc cap. *Sicut nobis supra de Regulari, & cap. Ex par. de, il primo, supra de convers. conjugat.* Et sæpe contingit, ut novitij extra monasterium degentes de mandato Prælati vitam ducant asperiorum, & duriorum; euntes, ac redeuntes, laborantes, & male comedentes, quam qui in claustro sub umbra, & benè edentes morantur, prout hæc adnotavit Navar. *in præalleg. conf. 32. de Regulari.*

⁴¹ Tertius denique & ultimus casus est in eo, qui habitum regularem assumptum extra monasterium nec unquam per anni circuitum ingressus est claustrum. Et talis licet jure communi in speq. quando probationis tempus erat arbitrarium, recipi possent ad professionem; tamen ex illiusmodi dicendum esse post Concilium Tridentinum, ut dixi *supra n. 26. & seqq.* cum enim sit de substantia professionis, ut novitius per annum probet rigorem religionis, & rigor hujusmodi potissimum consistat in regulæ observatione, & communivita, victu, & vestitu, ut insinuat Tridentina Synodus in c. 1. *sess. 25. de Regulari.* utique non appareat quò pacto religioni perpetuò incorporari possit is, qui nunquam fuit in monasterio. Accipe exemplum in religione Carthusiana, que ob strictiorem claustram est omnium religionum arctissima, ut in Extravag. 1. de reg. *inter communes, & singe aliquem suscepisse habitum hujus Ordinis, sed nunquam intrasse claustrum monasterij, quomodo hic dici poterit de illis in probatione, qui precipuam religionis asperitatem experiri non est?*

Pro-

⁴² Profectò ut talis teneretur in quodam veluti perpetuo carcere vitam ducere inexpertus, & improbatus, valde absurdum esset, & contra statuta Patrum, qui probationis tempus inflicerent in subdito fragilitatis humane, ut legitur in d. cap. *Ad Apostolicam, de regulari, & in cap. Non solum, eodem tit. lib. 5.* ad hoc cap. *Monasterij, 19. q. 3.* ubi dicitur esse nimis grave improbatus monasterijs applicare.

Quod multò clarius hodie procedit in Italia, & Insulis adjacentibus, quoniam ex supra citatis decretis Clementis VIII. ad novitiorum receptionem, institutionem, & professionem spectantibus in Bullar. *tom. 3. pag. 130.* irritæ decernuntur novitiorum receptiones ad habitum, & professionem extra Conventus designatos, ut latius patebit in quætionem proxime sequenti.

⁴³ Succedat igitur QV AERO, Politis decretis Clementis VIII. de novitijs ad habitum regularem, & professionem non admittendis nisi in Conventibus ad id per S. Apostolicam designatis, An ad professionis validitatem requiratur ut tam receptio ad habitum regularem cum perseverantia annali, quam professio fiat in Conventu ut supra designato ad recipiendos novitios.

⁴⁴ Verba primi decreti editi die 12. Martij 1596. sic se habent: (præcipimus omnibus Generalibus, &c. ut de cætero ne minem sub quovis prætextu, aut colore ad habitum regularem admittant, nisi in Conventibus auctoritate nostra designatis. Insuper sancimus, ut quoad hujusmodi Conventus per Nos deputati non fuerint, Superiores ad receptionem quorumcumque novitiorum sive ad professionem omnino abtineant) & infra: (Receptiones verò, & professiones quaslibet eorum, qui contra hujusmodi decretum admitti fuerint, nullas, & irritas esse ex nunc decernimus.)

Verba autem secundi Decreti editi die 20. Ianuarij 1599. sunt infra scripta: (Sanctissimus cum distinte prohibuerit ne quis ad suscipiendum habitum religionis admittatur, profitereturque quisque Monasterij, & Conventus aliquot designatos; quia tamen non obstante tali prohibitione cognoovit nonnullos prætextu licentiarum receptos, & admissos fuisse: nunc denuo præcipit ne quemquam nisi per litteras in forma Brevis ad habitum regularem suscipiendum nisi in Conventibus designatis recipere, aut receptos ad professionem admittere ullo modo audeant: quinimo receptos contra primam prohibitionem etiam imperfectum habitum, aut sine capucio gerant, omnino ejicere debeant.) & infra: (Receptiones verò & professiones quaslibet eorum, qui contra hujusmodi decretum admitti fuerint, nullas, & irritas esse ad quoscumque effectum ex nunc decernit, & declarat.

His politis, præ clariori quætionis solutione quatuor casus videntur distinguendi.

Primus est, cum quis acceptatur ad religionem extra Conventum ad recipiendos novitios designatum, non tamen ibidem induitur habitum regularem, sed ad locum ut supra designatum transmittitur, ibique habitum suscipit, annum probationis agit, ac proficitur. Et hic primus casus est satis clarus, sive decretorum verba, sive mentem consideremus: verè enim, & in effectu talis dicitur receptus ad habitum in Conventu designato, ibique

Prosp. Fagn. in 4. lib. Decretal.

absolvit novitiatum, & professionem emit, quod est secundum verba, & mentem Clementis in utroque decreto, ut clarius etiam patet ex dicendis in casu sequenti. & acceptatio præcedens dicitur potius destinatio, quam actualis receptio, seu admissio ad habitum regularem: quæ quidem destinatio non facit cum novitium, vel personam Ecclesiasticam, aut religiosam ante actuale susceptionem habitus regularis, arg. l. *fugitivum, ff. de verbor. signif. notat Innocent. in cap. Porrexit, n. 3. vers. Dies sunt ipse persona de foro Ecclesiæ, de regulari, & colligitur ex Tridentini Concilij doctoro, cap. 15. *sess. 25. de regulari, ponderando verba illa, post susceptum habitum in probatione fuerit, ut deduxi latius in cap. Quæ in credentibus, n. 7. supra de testam. Sed & jura inducentia tacitam professionem considerant, annalem habitus delationem non simplicem delationem, ut in cap. *significatum, supra de reg. & cap. 1. eod. in 6. & in Clem. 80. eod. tit. ideoque Sacra Congregatio Concilij declaravit decretum, cap. 16. *sess. 25. de reg. qua parte præscribit formam servandam in renunciationibus novitiorum, non comprehendere renuntiationes factas ante ingressam, hoc est, ante habitus susceptionem etiam ingressus contemplatione. Et hunc primum casum S. Congregatio regularium semper habuit pro indubitato.****

Secundus casus est, cum quis à Superioribus Religionis ad habitum recipiatur, & re ipsa induitur in Conventu ad recipiendos novitios non designato, non tamen recipitur pro eodem Conventu, sed pro alio, ut prætextu designato, ad quem postea transmittitur, ibique peracto probationis anno professionem emit, Et hoc secundo casu quamvis verba utriusque decreti videantur primo intuitu obsistere validitati professionis, cum negati non possit, quin novitius primò admittus fuerit ad habitum extra locum designatum; tamen verius videtur ex hoc capere professionem non esse nullam: nam verba illa (Ad habitum regularem non admittatur) atque illa (Non addeant ad habitum suscipiendum recipere) intelligenda sunt cum effectu, arg. cap. *Relato, de Clericis non residen. cap. Aut verba de panit. distinct. 1. glo. in Extravag. Suscepti, in ver. Cum esset, ne sed. v. a. cum Feder. ne Sen. conf. 10. Casus talis est, in fin. Hic autem Novitius inspecto esse qui dicitur admittus, & receptus in loco designato, ubi per annum integrum probat austeritatem religionis, & religio mores illius, juxta text. in cap. *Ad Apostolicam, de regulari, & ubi postea ad solemniem professionem admittitur, aut è monasterio ejicitur, ad præscriptum dicit. cap. 16. vers. e. v. n. 25. de regulari, quamvis enim indutus fuerit habitus regulari in Conventu non designato, non tamen fuit receptus ut esset novitius ejusdem Conventus, sed alterius designati, pro quo, & cuius nomine fuit receptus, attenditur enim cuius nomine, & contemplatione actus fuerit principaliter gestus, cap. *Acquisivi, si ubi gloss. & Doctores not. ff. de testam. l. Filius, C. Si ad verum rem iudic. l. Si quis dominus, §. penult. in fin. ff. Locat. l. Sed si plures, §. in arrogato, ubi gloss. dat concordant. ff. de vulgar. & pupillar. quòd absolute procedit sequatà ratificatione illius Conventus, cuius nomine ad habitum admittus fuit, cap. *Omni virum, ibi. Præsertim si rati habicione sequatà, quòd antea gestum fuerat, roboratur, &****

F

cap.

cap. Significatio de regular. cap. i. eodem lib. 6. & cap. i. supra quod met. caus. Monachi enim receptio quemadmodum fieri potest Superiore mandante, ita & postea ratificante, ut notat Innocent. in cap. Porreclum, num. 4. & Hostien. post eum n. 13. in ver. Et recipitur de regul. & ex communi regula paria sunt consentibile ab initio, & ratum habere post factum, cap. Salentina, l. 6. q. 1. cap. fin. de his que sunt a Prelat. sine cons. cap. Cum nos, cap. Cura, & cap. Sugessum, de iurepatr. cum similibus. Imo ratificans dicitur auctor facti, in summa, §. Capitulum, & ibi

47 Bald. de aqua plu. arden. & ideo perinde est ac si a principio fecisset, leg. Cum fundus S. Servum, & ibi Decius in 3. notab. §. Si cert. per Bald. cons. 379. col. 2. n. 6. in fin. vers. Et quod sit, lib. 1. Oltiad. cons. 326. n. 17. vers. Nec obstat.

Accedit quod cum novitius ubi primò est receptus, non esse perseveraturus, receptio illa momentanea non videtur attendenda ad professionis nullitatem inducendam; quia receptio, de qua decreta Clementis loquuntur, non solum cum effectu intelligenda est, sed etiam cum effectu durabili, arg. cap. Ad nostram, ibi. Statim penitus quod habitum induisset, ubi id notat gloss. de regular. & in cap. Constat. in ver. statim, l. quæst. 1. Roman. cons. 326. n. 4. vers. 1. & Abb. cons. 69. per totum, lib. 1. Et cum versemur in materia penali ob penam privationis officiorum, utriusque vocis, & inhabilitatis ex decretis Clementis impostam Superioribus recipientibus novitiis extra Conventus delinatis, factum non dicitur quod factum non durat, cap. Nam & ego, de verb. significat. Abb. dict. cons. 69. col. 1. in fin. ad demum cum receptio in loco non designato de iure non fuerit sortita effectum, non prestat impedimentum, quominus in Conventu designato novitius recipi valeat, cap. Non prestat, de regul. iur. lib. 6. per quem textum Navarr. cons. 28. n. 3. de regul. respondit professum nulliter infra annum probationis non egere novâ receptione capitulari, sed satis esse ut perseveret, & post annum profiteatur, quia illa prius facta nullius penitus effectus, ideoque nec prodest, nec nocet, ut ibi per eum.

Et eò magis quod Conventui designato per receptionem novitii nulla sit injuria, cum sit in potestate Capituli Conventualis, vel alterius, ad quem spectat, illum non admittere, imò etiam admittendum infra annum probationis expellere, si eum religioni apertum non iudicaverit, d. cap. Ad Apostolicam, & cap. Consulti, & cap. Si quis unum, de regular. cap. Non solum, & cap. Constitutionem, eodem tit. lib. 6. & Concilium Tridentinum d. cap. 16. sess. 25. de regular.

48 Quod tamen ita temperandum est, ut annus probationis non computetur a tempore suscepti habitus extra Conventum designatum, cum quoad hoc receptio illa sit nulla, & contra verba, & mentem Clementis; sed solum a tempore receptionis, & actualis ingressus in monasterium designatum. Ita colligitur ex gloss. in cap. Significatum, in ver. Ratam habuerit, de regular. ubi signans conerarium quòd receptio, seu professio ab initio nulla pro ratione prohibitionem convalestat, ut cap. De illis, §. secundo, de desponsat. impuber. solvit dicens, valere, ut ex nunc, non ut ex tunc, leg. Observare, in fin. §. de officio presulis. & eam gloss. sequuntur ibi communiter Doctores: idemque tenent Innocent. Hostien. Joan. Andr. Anchar. Abb. & alij commu-

niter in cap. Consulti, & in cap. Quidam, de convers. conjugar. Quòd exigenter observandum est à Superioribus regularibus: nam cum annus Novitiatus debeat esse consummatus in totum, c. Ad nostram, junctâ gloss. in ver. Ante consummationem, de reg. & ex sententia Sac. Congregationis à Concilio curatæ de momento ad momentum: si computatio fieret à tempore receptionis ad habitum extra monasterium designatum, annus non esset integer, atque professio irrita ellet ex decreto d. cap. 15. sess. 25. de regular.

49 Tertius casus est, cum novitius admittitur quidem ad habitum regularem in Conventu designato, ibique inducitur, sed deinde transmittitur ad agendum annum probationis extra locum designatum, & postea redit ad primum Conventum, & in eo proficetur: & certum est professionem esse nullam; quia decreta Clementis ad professionis validitatem copulative requirunt, ut tam receptio ad habitum regularem, quam professio fiat in Conventu profovitiam designato, ut latius dicitur inferius in 4. casu. Dum autem requirunt ut receptio ad habitum fiat in Conventu designato, hoc intelligendum est de receptione cum effectu durabili, & perseverantia annali, ut in dict. cap. Ad nostram, & ibi gloss. in ver. Statim de regular. cum alijs superius adductis in 2. casu: non enim dicitur venisse qui non steterit, cap. Si quis autem, l. 3. dist. cap. 1. si postquam, & ibi gloss. in ver. Mentes, & cap. Capientes, §. Si per viginti, ubi gloss. in ver. Compareant, de elect. in 6. facit text. in l. si pro parte, ibi. Versum autem sic accipimus ut verum duret, §. de in rem versis. Quibus accedit, quòd si finis Clementis fuit, ut novitij probarentur in Conventibus strictioris observantia, atque ibi probati & idonei reperti ad professionem admitterentur, aut è monasterio ejicerentur ad præscriptum Tridentini Concilii d. c. 15. §. c. 16. vers. Ut nunc tempore novitiatus, sess. 25. de regular. Ideoque dum locutus est de receptione, & admissione, censendus est intellexisse de effectuali, & cum annali perseverantia: alias enim admissio illa esset inanis & frustratoria, & lex esset impolita verbis, non rebus contra regul. cap. Commissa, §. Però de elect. lib. 6. & in simili casu scribitur Lapus allegat. 4. n. 7.

Præterea dum decreta exprimitur duo extrema, nempe receptionem ad habitum, & professionem censentur includere etiam medium, id est, annum probationis, cap. Quia summe, l. 2. dist. cap. Inter dilectos, vers. Cum primum, de sig. instrum. gloss. fin. in cap. In die, de consecrat. dist. 5. Bart. in l. Celsus, n. 21. §. de ususcap. Federic. de Sen. cons. 61. n. 2. vers. Sed ad hoc respondeat, latissimè Alciatus de præsumpt. in reg. 3. q. 22.

Ac demum novitius ibi profiteri debet, & à Capitulo illius Conventus admitti, ubi illius mores cogniti, & probati fuerunt, cap. Consultat. l. 7. q. 2. dist. cap. Ad Apostolicam, cap. Statuimus, & cap. Consulti de Regul. cap. Non solum, & cap. Constitutionem, eodem tit. lib. 6. Unde parum refert ad professionis validitatem, ut novitius profiteatur in Conventu designato, nisi ibi per annum in probatione steterit. Nec relet quòd haberi possit notitiarum per attestationem Superioris illius Conventus, ubi fuit Novitius: liquidem per hoc non satis fit mentioni Clementis: ellet enim in facultate Conventus non designati admittere novi-

novi.

novitios ad professionem, aut illos recellere concedendo, vel denegando litteras testimoniales contra rationem in prædictis decretis expressam. Ex mente igitur Clementis, ut Novitius admitti possit ad professionem, requiritur notitia experientialis illius Conventus, qui debet eum ad professionem admittente, non autem per relationem alterius: & hunc casum S. Congregatio regularium similiter habuit pro claro. Quod aperit etiam constat ex litteris in forma Brevis S. D. N. Urbani VIII. sub die 2. Aprilis 1632. in quibus dicitur in invalida professione eorum, qui annum probationis non fecerunt in Conventibus ad recipiendos Novitios designatis: & propterea præcipitur Ordinariis o. eorum, & Superioribus regularibus, ut sic profectos ad professionem denuò emitendam admittant absque novo probationis anno.

50 Ultimus casus est, cum Novitius actualiter recipitur ad habitum in Conventu designato, ibique perseverat per annum in probatione: sed postea mittitur ad professionem emitendam extra locum designatum, & tunc imitatur absque admissione ac litteris testimonialibus Conventus, ubi fecit annum novitiatus, absolutum videtur professionem esse nullam, cum in monasterio deputato emissam non fuerit, ut requirunt verba expressa, & ratio utriusque decreti. Nam probatio Novitii per annum in loco designato nihil prodesse, si absque consensu Capituli ejusdem loci ellet in facultate Capituli cujusque Conventus laxioris observantia illum admittente ad professionem. Oest ergo hoc casu unum ex duobus substantialibus requiritis ex decretis Clementis ad professionis validitatem, nempe ut professio emissam fuerit in Conventu ad recipiendos Novitios designato.

52 Sin autem Novitius expleto anno probationis in loco designato, ibidem à Capitulo Conventuali iudicetur habilis ad professionem emitendam, & postea cum litteris attestationis hujusmodi transmittatur ad alium Conventum non deputatum, ibique profiteatur ut sit filius illius, res videtur magis dubia, quia Novitius verè probatur in loco, ubi vigeat regularis disciplina, & ibi admittitur ad professionem emitendam, licet illam postea alibi actualiter emitat. Cæterum obstant utriusque decreti verba, quæ in prohibitione loquuntur alternative, ut ibi, (A receptione quorumcumque Novitiorum live ad habitum, live ad Professionem omnino ablineant.) & ibi, (Ne quis ad suscipiendum habitum religionis admittatur, profitereturve.) ac demum ibi, (Ne ad habitum regularem suscipiendum nisi in Conventibus designandis recipere, aut receptos ad professionem admittente illo modo audeant.) In prohibitione autem alternativa sufficit alterutrum verificari, ut sit locus pœnz, leg. Si quis ita stipulatus, in fin. §. de verb. obligat. & notat Dynus in regula in alternativa, vers. ad secundam partem oppono, de reg. iur. lib. 6. dixi in cap. Inter cæteras, n. 10. supra de rescripti. maxime ponderatis verbis, quorumcumque Novitiorum omnino, & ullo modo, quæ cum sint universalia, & geminata, ostendunt magis enixam voluntatem conditoris obligandi in quocumque casu ex prohibitis, per ea, quæ plene scribit Cravet. cons. 294. Veritas transactionis, n. 1. & seque. In clausula verd irritante eadem decreta loquuntur copulative, ut ibi, (Receptiones verd, & professiones quaslibet, atque ita irritant

53 Prof. Fagn. in 4. lib. Decretal.

non solum receptionem ad habitum extra locum designatum, sed etiam professionem ibi emissam, itaur satis non sit ut aliquis receptus fuerit in loco designato, nisi etiam ibi profiteatur. (Hæc enim est natura copulæ, leg. Si hæc editus, §. de condition. instr. d. l. si quis ita stipulatus, §. de verborum obligat. cap. Ex parte, supra de rescripti. gloss. in Extravagan. Suscepti, in ver. Taxata, de elect. quo loco similiter expendenda est dictio universalis reperita, qualibet, & quocumque, de quibus per Rom. cons. 31. Visibus, n. 2. & Cravetam loc. cit. Negari autem non potest quin hoc loco novitius quamvis receptus, & probatus in loco designato, ibique ad professionem habilis iudicatus fuerit, tamen extra illum postea professionem emittere: aliud enim est habitum iudicare ad professionem faciendam, aliud realem professionem recipere, & religioni incorporare celebrando contractum utro citroque obligatorium, qualis dicitur solemnis professio, cap. Porreclum, ubi notatur, de regul. Holt. Joan. Andr. & DD. in cap. Ad Apostolicam, eodem tit. Navarr. cons. 26. in princ. eodem tit. quippe vorum non solemnizatur per admissionem ad professionem, sed per professionem ipsam tac. tam, vel expressam, ut in cap. Vn. de voto, lib. 6. Quamobrem hoc casu novitius post annum probationis expletum in loco designato cum attestatione Capituli Conventualis mitti poterit ad Conventum, ubi recipiendus sit in filium, aut certe ejusdem Conventus consensus, & acceptio in filium per litteras requiri poterit juxta Constitutiones, atque consuetudines cujusque religionis, ac dein de obtentâ hujusmodi acceptione, novitius in primo monasterio sui novitiatus debet actualiter professionem emitere: nam cum verba decretorum Clementis sint clara, non admittunt interpretationem, neque voluntatis conjecturam, l. Licet Imperator, §. de legat. 1. gloss. magna in c. Quod in rebus, in fin. 27. dist. Abb. cons. 97. n. 1. vers. Et primo quis, lib. 2. Socius, cons. 13. n. 3. lib. 1.

De Conjugio Servorum.

Cap. Ad nostram.

SVM MARIIVM.

- 1 Matrimonium separatur, si liber contraxit cum ancilla ignoranter, & ex quo servit, non consensit, & cum alia contrahere potest. Is tamen, qui decipit, non potest divertere invito libero, sed cogitur ab Ecclesia stare matrimonio, n. 7.
- 2 Legatus in Provincia sua potest causas matrimoniales cognoscere, ac distingere.
- 3 Et quid post Concilium Tridentinum.
- 4 Error conditionis dirimit matrimonium jam contractum. Procidit si error sit conditionis deterioris, n. 6. & 13. Secus si sit conditionis melioris, n. 8. Et quid in errore qualitate persona, n. 11.
- 5 Errantis nullus est consensus. Declaratur, n. 8. & seq.
- 9 Error animi pro alio putare.
- 12 Ratificatio nuptiis nulli non includitur sine scientia nullitatis.

- 13 *Procedit si nullitas cognita verisimiliter retraxisset ab actu gerendo; alias fecit.*
- 14 *Subrepto non inducitur ex taciturnitate eorum, quae non retraxissent Principem à gratia concedenda.*
- 15 *Matrimonium nullum, dat à notitia nullitatis, ratificatur per supervenientem consensum facto, vel verbis expressum.*
- 16 *Copula carnalis inducit consensum conjugalem, licet nullum verbum proferatur, si aliquis tractatus praecesserit, alias fecit, n. 18.*
- 17 *Et quid post Concilium Tridentinum n. 19.*
- 17 *Verba in matrimonio non sunt necessaria praecise, etiam quantum ad hoc, ut Ecclesia de matrimonio contracto certificetur.*

AD NOSTRAM. Siliber contraxit cum ancilla ignoranter, & ex quo scivit non consentit, separat matrimonium; & cum alia contrahere poterit. Hoc dicit secundum Jo. Andr. cum quo ceteri concordant. Secunda pars ibi, *Idemque.*

Nota primò ex principio litteræ. Legatum Seditis Apolliticae in provincia sibi decreta posse cognoscere, ac diffinire causas matrimoniales, & in casibus à jure permittis matrimonium separare, Holt. hic in princip. in ver. *Mitem.* Joan. Andr. num. 2. & Abb. in primo not. qui subdit hoc facere ad limitatorem cap. *Accidentibus, de excep. Pralat.* ubi dicitur esse dignitatis Episcopalis causas matrimoniales audire. Sed hodie causae omnes fore Ecclesiasticae, & praesertim matrimoniales, & criminales, in prima instantia coram Ordinarijs locorum sunt cognoscendae, ac terminandae, nec Legati etiam de latere quarumcumque facultatum vigore possunt in praedictis causis Episcopos impedire, aut aliquo modo jurisdictionem ipsi praecipere; alias eorum processus nullius momenti sunt, & ad damni satisfactionem partibus illati tenentur, ut itatur decreto Concilij Tridentini, cap. 20. §. Legati quoque, sess. 24. unde nisi speciali facultate post Concilium sint muniti, in praedictis causis nullatenus se ingerere possunt.

Secundò nota ibi, *Separavit.* Errorrem conditionis dirimere matrimonium jam contractum, ac proinde ab Ecclesia esse separandum, concordat cap. *Proposuit, supra eodem,* & cap. *Si quis ignorans, 29. q. 2.* & merito, quia errantis nullus est consensus, cap. *Si quis ancillam, §. Hura, 29. q. 1.* & *Non idcirco, C. de jur. & fact. ignor.* imò nil magis contrarium consensui, quam error, l. *Si per errorem, ff. de jurisdic. omn. judic. & notat glof. 1. hic, & communiter Doctores.*

Adverte tamen, quia non omnis error vitiat matrimonium, unde pro pleniori doctrina sic distingue secundum Ant. de Butr. hic n. 5. Quidam est error conditionis deterioris, per quem scilicet fit deterior errantis conditio, ut quia creditit eam liberam, cum esset ancilla, & hic error vitiat, ut in hoc cap. & in cap. *Proposuit, supra eodem,* & in cap. *Si quis ignorans, 29. q. 2.* Si tamen ancilla velit invito ingenio divertere, cogenda est ab Ecclesia stare matrimonio; & idem in casu controverfo; nam qui decipit, compellitur, ut notatur in cap. *1. de eo, qui duxit in matrimonium & hic per Butr. in fin. Anchar. num. 4. vers. Queris glof. Abb. & Alexand. de Nervo in fin. Navarr. in manual. cap. 22. n. 33.* Quidam est error conditionis melioris, veluti cum quis

contrahit cum libera, quam credidit esse ancillam. Hic quidem errat, quia error nihil aliud est, quam unum pro alio putare, cap. *In quibus, 22. q. 2. cap. Quatuor, 28. dist. 8.* tamen nemo dixerit ex hujusmodi errore matrimonium vitari, quia si scivisset eam liberam, verisimiliter contraxisset, cum per hoc errantis non fiat conditio, nec respectu suae conditionis dicatur deceptus: ita notabiliter distinguit Gostredus in *Samm. huic tit. §. Item quid si servus, Holt. hic n. 1. Jo. Andr. n. 2. in ver. Conditionis.* Butr. n. 5. vers. *Obstat primò,* & alij communiter, & consentit D. Thom. in 1. 2. q. 6. art. 8. ut scripti plenius in cap. *Significatum, à n. 2. usque ad n. 27. de regular. ubi per hanc doctrinam tenui contra Doctores modernos, professionem tacitam induci per delationem annalem habitus indistincti, non obstanti errore, seu ignorantia nullitatis expressae, à n. 1. usque ad n. 49. Quidam est error qualitatis paris conditionis, ut quia credit eam servam Ecclesiae, & est serva privati: & hic error non impedit matrimonium, quia sufficit ut hoc non sit iure scriptum. Quidam denique est error qualitatis personae, ut si dicat pauperem, quam putabat locupletem, aut corruptam, quam putat virginem: & hic error similiter matrimonium non dirimit, quia non evacuat consensum, ut 29. q. 1. §. *Ad hoc non omnis error, Jo. Andr. & Butr. loc. cit.* & nemo discrepat.*

Tertiò nota ibi, *Postquam intellexit conditionem ipsius.* Ad inducendam ratificationem actus nulli necessariò requiritur, ut ratificans sciatur, & intelligat illius nullitatem: non enim potest haberi ratum quod ignoratur, leg. *Mater, ff. de inoffic. testam.* cum substantia rati habitationis sit scientia, Bald. conf. 176. *Pramittendum, vers. item quia non apparet, lib. 2.* ideoque ignorans actum, quem ratificat, nihil agit, leg. *Qui enim, in princip. ff. Rem ratam habere, Cardin. conf. 44. Quod ratificatio, num. 4. & seq. nam, ut inquit Holtien. hic n. 3. post glof. ultim. Antiquus consensus, & primus, qui nullus fuit, adhuc praesumitur perdurare, arg. cap. *Maiores, §. final. supra de baptisim. l. Sed si manente, ff. de precar. l. Si cum dies, in princip. §. Labor, §. penult. ff. de arbit. & l. 1. §. Adhuc, ff. de verb. obligat. Sed ut dixi in procedenti notab. n. 6. hoc intelligas procedere quando nullitas, si fuisset cognita, verisimiliter retraxisset ab actu gerendo, eò quod aliquoquin fieret deterior errantis conditio; alias fecus, ut plenius notavi in d. c. *Significatum, à n. 22. & n. 41. de regular. Et est simile in subreptione, quae non inducitur ex taciturnitate eorum, quorum notitia non retraxisset Principem à gratia concedenda, cap. *Super litteris,* cum ibi plenè notatis per Doctores, maxime per Felin. num. 8. supra de rescriptis. Castador. decis. 12. n. 14. de proband. Rota recent. decis. 222. n. 2. §. 7. cum concordant.***

Ultimò nota ibi, *Nec factò, nec verbo consentis.* Matrimonium ab initio nullum ob conditionis errorem, datà certificatione conditionis servilis, ratificari per supervenientem consensum factò, vel verbis expressum: & sic, factò, id est, per copulam subsequentem, glof. ultim. hic, & Jo. Andr. nu. 4. nam ipso factò consentiunt, qui cognoscit carnaliter, etiam nullum verbum dicat, ut hic, & in cap. *Proposuit, supra eodem,* secundum Holt. hic num. 3. & ita est hic reus apertus, quòd verba in matrimonio non sunt necessaria praecise etiam quantum ad hoc, ut de matrimonio contra-

tracto Ecclesia certificatur, sed satis est consensus exprimeri factò ipso, vel lignis aequipollentibus, prout hic notat Holtien. num. 2. in fin. dicens: nota expressum jus, quòd verba non sunt de substantia matrimonij, etiam quantum ad Ecclesiam, nec obstat textus in cap. *Tue fraternitati, supra de sponsal.* ubi quantum ad Ecclesiam verba dicuntur esse necessaria. Nam respondeo, ut ibi dixi in §. *Secundà à num. 22. usque ad num. 36.* Maxime nu. 23. Fateor tamen cum Holtien. hic nu. 3. in verb. *Consenserit, & Joan. Andr. num. 7.* Ex sola copula carnali conjugalem consensum non probari, nisi aliquis tractatus praecesserit, ut leg. *Nuptias, ff. de regul. 19. jar.* Ratio, quia copula est signum aequivozum, cum possit esse tam alle qu conjugali, quam fornicario: sed Ecclesia ad excludendum delictum praesumit consensum conjugalem ubi praecesserit tractatus, vel sponsalia de futuro, ut hic, & in cap. *Veniens, ille secundo,* & cap. is quidem, supra de sponsal. & observat Covar. in *Epitum. de sponsal. par. 1. cap. 4. §. 1. num. 1.* Hodie tamen haec cessant, quia in matrimonio contrahendo servari debet forma à Concilio Tridentino praescripta in cap. 1. sess. 24. de reformar. matrim. ut plenè scripti in d. c. *Is quidem, n. 8.*

- 12 *Opinio Sanchez quòd consuetudo, & lex secularis posse reddere inhabiles ad matrimonium contrahendum, reprobat.*
- 13 *Consuetudo derogat juri positivo sicut rationabilis, & legitime praescripta.*
- 14 *Consuetudo irrationabilis dicitur, quae reprobat à sacris Canonibus, aut juri divino adversatur.*
- 15 *Intellectus, c. 1. de sponsal.*
- 16 *Consuetudo inhabilitans ad matrimonium contrahendum, cum sit contra jus divinum, nullo inquam tempore potest praescribi.*
- 17 *Consuetudo ut dicatur legitime praescripta, quaerantur.*
- 18 *Consuetudo ut vincat legem, requirit scientiam, & approbationem ejus, qui potest super ea jurisdictionem.*
- 19 *Lex civilis non potest inducere nova impedimenta matrimonij contrahendu.*
- 20 *Causa quantumcumque rationabilis, defectum potest non supplet, ibidem, & n. seq.*
- 21 *Jurisditiones Ecclesiasticae, & secularis à Deo distincta jure communi confunduntur debent.*
- 22 *Matrimonium quomodo habeat rationem contractus, tamen cum adjunctam etiam habeat rationem Sacramenti inter fideles, non subest potestatis secularibus.*
- 23 *Matrimonium ut sit irritum, necesse est ut fiat irritum ab Ecclesia, nec sufficit legalis auctoritas.*
- 24 *S. Thome loca de potestate legalis inducunt impedimenta matrimonij contrahendu, concilian- tur.*
- 25 *Lex naturalis, divina, & civilis quomodocumque possunt efficere aliquam personam illegitimam ad matrimonium contrahendum.*
- 26 *Matrimonium inter Infideles proprie non est Sacramentum.*
- 27 *Sacramenta Ecclesiastica non subantur hominum legibus.*

De Cognatione spirituali.

Cap. Virum autem.

SVM MARIVM.

- 1 *Filij duorum compatrum, nisi consuetudo repugnans, licet contrahant, si per eorum neutrum deventum est ad compaternitatem.*
- 2 *Cognationis spiritualis impedimenta restricta sunt ad terminos Concilij Tridentini, cui non est derogatum per Regulam Pij V. ibidem, vers. Hodie.*
- 3 *Consuetudo, qua mulier gestans pariter usque ad januam Ecclesiae, habetur pro compatre, licet eam non tangat in actu baptismatis, ac impediat matrimonium contrahendum, & dirimat contractum: & seq. usque in fin.*
- 4 *Cognatio spiritualis non contrahitur per eum, qui in actu baptismi nullam praestat ministerium.*
- 5 *Consuetudo potest inducere novum impedimentum matrimonij contrahendu.*
- 6 *Consuetudo potest limitare, augere, & interpretari jus divinum.*
- 7 *Consuetudo inducens cognationem spiritualem, qua tantum impediat matrimonium contrahendum, non est subacta à Concilio Tridentino, ibidem.*
- 8 *Impedimentum cognationis spiritualis ex consuetudine inducitur, non dirimit matrimonium postea contractum.*
- 9 *Contrahentes matrimonium contra consuetudinem possunt tantum separari ad penitentiam peragendam, vel ad tempus.*
- 10 *Intellectus cap. Super eo, infra eod.*
- 11 *Consuetudo inducens impedimentum dirimens ita deum valet, si sit à Sede Apostolica specialiter approbata.*
- 12 *Consuetudo inhabilitans ad contrahendum si habeat concursum juri veteris, & ex ejus observantia oriatur scandalum, non valet, & seq.*

UTRUM AUTEM. Filij duorum compatrum, per quorum neutrum deventum est ad compaternitatem, licet contrahant, nisi consuetudo repugnans. Separantur autem si per utrumque, vel alterum compaternitas sit contracta. Hoc dicit hoc cap. super eo, infra eodem. Dividitur in quatuor partes. In prima ponitur quaestio dubitabilis. In secunda Canonum contrarium inducit, ibi, Et licet. In tertia posteriori approbatio, ibi, Unde nobis. In quarta approbationis exceptio, ibi, Nisi.

Nota primò, personam illam, per quam deventum est ad compaternitatem, non posse contrahere matrimonium cum aliquo ex filijs baptizantibus, vel suscipientibus de sacro fonte siue sint geniti post compaternitatem, siue ante, quia efficiuntur ad invicem fratres spirituales. Et quod dictum est de persona, per quam deventum est ad compaternitatem, intellige de baptizata, vel suscipiente, sedus in baptizante, vel suscipiente: nam baptizans, vel suscipiens bene potest contrahere cum forte suscepto, ut hic per Abbat. Anriq. num. 2. in verb. *Excepta.* Et haec quaestio, ut ipse refert, fuit de factò Bononiae tempore magistri sui, id est, Ferrici de Sampsona. Et Passens pauperes negabat posse contrahere per hanc litteram, quia compatere, vel

commater est persona, per quam compaternitas est contracta; & ideo prohibetur. Sed contrarium determinat ipse Abb. Aniq. quia littera loquitur in filijs, & non in baptizante, vel suscipiente. Et sequuntur Joan. Andr. n. 3. in ver. *Persona*, Abbas Sicul. num. 4. Alexand. de Nervo item n. 4. & alij communiter. Rursus potest contrahere pater cum filia spiritali filij sui, quia cognatio spiritalis descendit de patre in filium, sed non ascendit de filio in patrem. Unde filius non potest ducere filiam spiritualem patris, ut hic vides. Sed e converso pater bene potest ducere filiam spiritualem filij, ut notatur in cap. fin. 30. 1. 3. & in cap. 1. eodem lib. 6. in glof. ult. in fin. & tradit Abb. hic eodem n. 4.

Hodie impedimenta cognationis spiritalis restricta sunt ad terminos Concilij Tridentini in cap. 2. sess. 24. de reformat. matrim. Quo statutum est, ut unus tantum live vir, five mulier, vel ad summum unus, & una baptizatum de baptismo suscipiant, inter quos, ac baptizatum ipsum, & ilius patrem & matrem tantum spiritalis cognatio contrahatur, omnibus inter alias personas hujus spiritalis cognationis impedimentis omnino sublati. Itaque contra dispositionem hujus Decretalis hodie valet matrimonium contractum inter filium suscipientis, & baptizatum, ut censuit Sacra Congregatio Concilij. Et Gregorius XIII. dubitantibus respondit, non esse revocata hęc per regulam Pij V. publicatam die 20. Augusti 1566. cum sit magis declaratoria, quam regula.

Secundò nota, consuetudinem posse personas habiles inhabilitare ad contrahendum matrimonium; & sic creare novum impedimentum dirimens, quando est talis, ut ex ejus inobservantia scandalum generetur; ut hic per Hostiens. in ver. *Consuetudinem*, n. 1. Joan. Andr. in eodem ver. n. 2. Butr. num. 6. Cardin. in fin. Abb. num. 3. De hoc dicam infra n. 10.

2. QUÆRO. Posità loci consuetudine, secundum quam mulier gerit puerum baptizandum usque ad januam Ecclesie, ubi illum tradit futuro competitori, a quo pater introfertur, ac de baptismo suscipitur, absque eo quòd mulier illum in actu baptismi ministerium præbeat.

Posità etiam in decisione Sac. Congregationis Concilij, qua declaratum fuit mulierem hoc casu non contrahere cognationem spiritualem.

Item posità alià consuetudine ejusdem loci antiquissimà, ut mulier sic puerum deferens in librum Parochi, uti commater, referatur, ac protali à baptizati parentibus, ac loci univ. verso populo tractetur, ac reperetur.

An patri pueri baptizati cum tali muliere matrimonium contrahere liceat, stante decreto Concilij Tridentini, cap. 2. sess. 24. de reformat. matrim. ac si contraxerit, an matrimonium sit irritum, necne.

3. Circumscrip̃ta consuetudine, secundum quam hujusmodi mulier pro commatre reputatur, aperte constet ex gestatione prædicta eam non contrahere cognationem spiritualem, cum in actu baptismi nullum ministerium præstet, nec tangat, nec teneat, nec suscipiat, prout requiritur de jure communi, cap. *Quarta* cap. *Si quis*, cap. *Mater Ecclesia*, de consecr. dist. 4. cap. 2. 3. 4. & 5. cap. *Omnes* 30. 9. 1. cap. *Post susceptum*, 30. 9. 3. cap. *Mar-*

tinus, cap. *Contractio*, cap. *Veniens*, infra eodem, cap. 1. & ult. eod. tit. in 6. Qui canones de hac re loquentes utuntur hoc verbo, *Subcepit, tenet, levat*, & his similibus, & tradit Gemin. & Franc. in d. c. 1. hoc tit. lib. 6. Colledar. hic. Navarr. conf. 2. n. 3. eod. tit. Covarr. in 4. lib. decret. in 2. præcepto, cap. 6. §. 4. n. 5. Idque fortius habet locum post Tridentinum Concilium, quod in d. cap. 2. sess. 24. de reformat. matrim. jubet unum, vel unam tantum, vel ad summum unum, & unam designari, de cernitur si alij ultra designatū tetigerint baptismum, cognationem spirituaalem non contrahere.

4. Verum stante consuetudine loci, quæ habet, ut hæc mulier habeatur pro commatre & reputetur, quod pertinet ad primam partem questionis, videtur respondendum, parenti baptizati non licere cum tali muliere matrimonium contrahere.

Nam consuetudo potest inducere novum impedimentum matrimonij contrahendis, ut probat rex. hic, & in cap. *Super eo*, in fine eod. iuxta unum intellectum, ubi glof. magna, Goffred. Vincent. Butr. in 3. col. prope finem. Abb. num. 6. Joan. Andr. in cap. *Quod super his* in fine de consang. & affin. & ibi Abb. num. 4. qui refellit opinionem Host. contrariam sententis.

Neque obstat quod Hostiensis sentiat, talem consuetudinem, uti contrarianam juri divino, & canonico, non valere, quia duobus modis respondet Abb. dist. n. 4. Primò eam censet. d. nem. juri divino, & canonico non esse contrariam; quævis enim ea jura permittant matrimonium in gradibus non prohibitis, non tamen præcipiunt, ut contrahantur, & ita hujusmodi consuetudo eis directè non contradicit. Secundò, ut ibi considerat Abb. Esti consuetudo non possit tollere jus divinum, potest tamen illud limitare, augere, & interpretari, quod tradit etiam Innoc. in c. fin. de consuet. & post alios Navar. conf. 70. de usur. n. 6.

Neque verò talis consuetudo impediens matrimonium contrahendum, sed non dirimens contrarium videtur sublatà decreto Concilij, dist. cap. 2. sess. 24. de reformat. matrim. Nam Concilium restringit quidem impedimenta ex cognatione spiritali proficiscientia ad baptizatum, & baptizantem, ac suscipientem, baptizati que patrem ac matrem, jubetque unum tantum designari, & alios non contrahere cognationem, & tollit impedimentum hujus cognationis spiritalis inter alias personas; sed loquitur de impedimento, & impediendo, & dirimente, ut patet ex ratione, quæ habetur in d. cap. 2. in illis verbis: *Docet experientia propter multitudinem prohibitionum per se in casibus probitu ignoranter contrahi matrimonium, in quibus vel non sine magno peccato perseveratur, vel ea non sine magno scandalo dirimuntur.* Quæ ratio non applicatur impedimento inducò a consuetudine, quod, ut dictum est, impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit postea contractum, ut inferri dicitur. Igitur decretum Conc. non pertinet ad hujusmodi impedimentum.

5. Ceterum quod spectat ad secundam questionis partem, videtur respondendum, matrimonium non esse irritum: nam consuetudo potest quidem impedire matrimonium contrahendum, ut dictum est (at secluso Romani Pontificis consensu, & approbatione) nullam vim habet ad dirimendum matrimonium postea contractum, text. est in cap. 1. de spons. & habetur ex glof. supra cit. Ugon. Ber-

Via.

Vincet. Goffred. quosita declarat Joan. Andr. in dict. cap. *Quod super his*, in fine, ubi etiam Anchor. in fine. & Anton. de Butr. d. cap. *Super eo*, Archidiacon. in cap. *Placuit*, num. 2. d. 32. & ibi Turrecrem art. 2. n. 1. 2. Aiten. in Sum. 2. par. lib. 8. tit. 18. artic. 1. 1. quæst. 4. ad finem. Tabien. in ver. *Impedimentum*, 1. 9. 3. n. 5. Steph. de Gaet. in repetit. cap. *ad limina*, 7. 39. 1. §. 4. n. 296. Quibus potest etiam adungi Innocent. dum in dict. cap. *Super eo*, voluit contrahentes contra consuetudinem posse tantum separari ad penitentiam peragendam, vel ad tempus, & ita sentit consuetudinem posse inducere vinculum potens ad impediendum matrimonium contrahendum, vel contractum ad tempus separandum, non autem ad dirimendum perpetuò. Et sequuntur in d. cap. *Super eo*, in fine eod. Butr. in fine. Abb. num. 6. Alex. de Nervo num. 16. Præposit. num. 4. Angel. in ver. *Matrimonium*, 3. impedimento, 17. n. 1. Sylvest. *Matrimonium*, 2. q. 3. Quæ conclusio validis etiam rationibus fulcitur, ut ex infra dicendis patebit.

8. Neque obstat quòd in dict. cap. *Super eo*, filij duorum compatrum, in per. quorum neutrum devenit est ad compaternitatem, licet in vicem contrahant matrimonium, & tamen, si substat consuetudo impediens & dirimens talia matrimonia, servandà sit loci consuetudo secundum intellectum magis communem, ut notatur ibi in Summa.

Primò enim respondetur, idèd consuetudinem eo casu valere, quia Alexand. III. illam expressè approbat, dum rescribit Vigilenti Episcopo (De his te volumus consuetudinem Metropolitanarum Ecclesiarum, &c. inquirere, & diligentiùs imitari, ita quòd si ejusdem Ecclesie consuetudo habet inter eos non sustinere conjugium fieri, nec factum firmitatis robur habere, tu simili modo in Ecclesia tibi commissa conjugium hujusmodi fieri non permittas. Et si quos taliter conjunctos inveneris, separari ab invicem non omitas.) Ad idem text. in cap. *Quod dilectio*, de consanguin. & affin. r. ibi, (Undem hac parte consuetudis duximus multitudinè, & observantia consuetudini deferendum, quàm aliud in dissolutionem, & scandalum populi statuum quàm adhibità novitate.)

Certum est enim, ex consuetudine posse induci impedimentum dirimens, quando per Summum Pontificem approbatur, quia tunc transit in naturam Constitutionis apostolicæ, ut censent Hostiens. in cap. fin. num. 1. de sponsa duorum, & in cap. 1. in fine de consang. & affin. & in Summ. de cognat. spirit. §. *Quæ sit effectus*, num. 9. Turrecrem in cap. *Placuit*, art. 2. 32. d. st. Unde cum consuetudo in illo speciali casu approbata fuerit per Sedem apostolicam, extendi non debet ad alios casus, in quibus similis approbatio non reperitur: atque hunc intellectum ad illum text. tradit Hostiens. in cap. *Quod super his*, in fine de consang. & affin. & in d. c. *Super eo*, num. 5. vers. *Non omitas*, & in Summ. ubi supra num. 6. & dicit communem Rosella in ver. *Impedimentum*, 1. nu. 7. Imò, ut ait Sylvest. in ver. *Matrimonium*, 2. quæst. 3. in fine. Opinio Hostiensis, quam Allen. dicit esse communior, videtur esse clavis, & maxima ad decidenda hujusmodi quæstiones.

10. Deinde respondetur, idcirco valere dictam consuetudinem in d. cap. *Super eo*, quia habet concursum juris veteris, secundum quem contrahe-

batur quædam affinitas ex compaternitate unius filiorum, ut etiam alij conjungi non possent, cap. *Post susceptum*, 3. q. 3. & notatur hic. Quem intellectum ad d. cap. *Super eo*, tradit glof. in verb. *Consuetudo*, & ibi Anton. de Butr. in fine. & Alex. de Nervo, num. 18. & seq. Et idem Butr. in cap. *Quod dilectio*, num. 10. de consang. & affin. ubi etiam Præposit. num. 7. Jo. Andr. post Ugon. Bern. Vincen. & Goffred. in dict. cap. *Quod super his*, in fine. de consang. & affin.

Unde consuetudo, de qua in d. cap. *Super eo*, extendi non debet ad casum 5. de quo agitur, in quo mulier, quæ puerum non tetigit, etiam inspecto jure veteri ante Concilium, spirituaalem cognationem non contraxit; ut initio probavimus.

Quinimò ad validitatem hujusmodi consuetudinis non solum desiderari, ut habeat concursum juris veteris, sed etiam ut scandalum generet, nisi observetur, sentit in d. cap. *Super eo*, glof. in ver. *consuetudo*, Butr. in fine. Abb. num. 4. Præposit. n. 6. Alex. de Nervo, num. 18. & 19. glof. in cap. fin. in verb. *Cognovissent*, de sponsa duorum, & in cap. *Cum olim*, in fine. de cleric. conjugatis, & in dict. cap. *Quod super his* in ver. *Non obstantes*, & ibi etiam Abb. num. 4. Præposit. num. 6. de consang. & affin. Et clarè probatur hic in fine, ubi idem Alexan. III. in eodem casu, in quo, ut dictum est, de jure antiquo contrahi non poterat, rescribit Archiepiscopo Salernitano, matrimonium licetè contrahi, nisi consuetudo Ecclesie, quæ scandalum generet, aliter se habere noscatur. Facit text. in d. cap. *Quod dilectio*, de consang. & affin. in illis verbis, in dissolutionem, & scandalum populi, &c.

12. Et quamvis Sanchez de matrim. lib. 7. de imp. disp. 4. num. 11. sentiat consuetudinem habere vim inducendum novum impedimentum dirimens, licet nec à Papa sit specialiter approbata, nec habeat concursum juris veteris, nec scandalum generet, ejus tamen opinio in hoc singularis est: nam plerique in hac materia censent absolutè consuetudinem non valere, nisi specialiter approbetur per Romanum Pontificem juxta terminos dict. cap. *Super eo*, & hæc sententia communis est, ut dixi supra. Alij censent ita demum valere consuetudinem, si habeat concursum juris veteris, ut similiter dictum est. Alij demum tenent non sufficere juris veteris concursum, sed requiri etiam scandalum ad præscriptum hujus decretalis, quorum opinioniones recitat Sylvest. in ver. *Matrimonium*, 2. quæst. 3. & idem Sanchez ubi supra num. 1. & seq. Verum consuetudinem posse inhabilitare ad contrahendum, etiam secluso scandalo, concursu juris veteris, & speciali approbatione Romani Pontificis, nemo aliter nisi solus Sanchez; ut idem met fatetur nam. 11. vers. *Quamvis fatear*: nam Sor. sect. 4. de matrim. ad finem. & alij ab eodem Sanchez relati, dum simpliciter asserunt ex consuetudine induci posse novum impedimentum dirimens, intelligendi sunt juxta terminos hujus capituli, & cap. *Super eo*, infra eodem, id est, concurrente Pontificia approbatione, aut scandalo, & adminiculo juris veteris. Exploratum est autem contra validitatem matrimonij absurdum esse adharere opinioni singulari unius Doctoris contra communem, cum potius sequenda sit opinio etiam unius gravis Doctoris, quæ favet matrimonio, quæ illud impugnat,

ut per tex. in c. fin. de re iudic. scriptis Hosti. & Abb. in c. si vir. inf. cod. Barba. conf. 60. scriptum est. lib. 1. Nec refragatur tex. in quo precipue sanc. se fundat in cap. fin. in fin. de consuet. ubi habetur generaliter longevam consuetudinem derogare iuri positivo si sit rationalis. & legitime sit praescripta. Nam respondetur consuetudinem, quae reddit fideles inhabiles ad contrahendum sine approbatione Pontificis, nec esse rationabilem, nec legitime praescriptam.

14 Non est rationabilis, quia a iure specialiter reprobatur, nemp in c. 1. de spons. ut paulo inferius dicitur, ita declarat glos. in cap. fin. de consuet. in verb. Rationabilis. vers. Irrationabilis est quae improbat a iure. Quae communiter illic recipitur a Doctoribus. Deinde quia cum consuetudo sit iuris positivi, non potest dirimere matrimonium, quod surgit a iure divino. ut ait Cardin. in d. cap. 1. de spons. n. 5. ac proinde huiusmodi consuetudinem, tantquam irrationabilem non valere; tenent Calder. in cap. fin. de sponsa duorum, quem ibi refert, & sequitur Alex. de Navo. nu. 23. & probatur in d. cap. 1. de sponsa. ubi quidam Gallus, qui uxorem dimiserat, & aliam duxerat credens primum matrimonium esse nullum, propterea quod in eo contrahendo non servaverat legem, id est, consuetudinem Patriae, cogitur ad primam uxorem redire, & penitentiam agere, uti transgressor Evangelice legis: atque ita ex eo tex. deducunt Innoc. in fin. Hostien. post prim. in verb. Super induxit, Jo. Andr. nu. 5. Abb. n. 3. Praepol. nu. 7. vers. Circa primum.

15 Nec verum est textum in d. c. 1. esse intelligendum de consuetudine Laicorum, quibus nulla est de rebus spiritualibus disponendi potestas, non autem de consuetudine Laicorum, & clericorum. Imo enim ille text. cum simpliciter loquatur de consuetudine, ad quam inducendam requiritur consensus totius, vel majoris partis populi, secundum glos. in d. cap. fin. de consuet. in verb. Legitime praescripta, vers. Item requiritur quod maior pars populi: utique intelligi debet de consuetudine tam Laicorum, quam Ecclesiasticorum, cum & hi sint de populo, & univestate, Oldrad. conf. 32. Quaestio est utrum sacerdos. Atque ita illum intelligit Abb. nu. 9. ubi in quaestione illa, An contrahentes omnis folemnitatis peccent mortaliter, necne, concludit non peccare, si folemnitas inducitur a laicis, sed si a consuetudine; cum haec sit Episcopi, & Clerici, quibus est auctoritas statuendi circa huiusmodi folemnitates. Et de hac consuetudine dicit loqui praedictam decretalem. At vero si agatur de substantialibus matrimonij, omnes affirmant consuetudinem non valere. Ratio est, quia sicut Laici, ita & Clerici a se potestatem statuendi in his quae pertinent ad essentialia matrimonij, cum haec sint Summo Pontifici reservata; & hi hoc se fundat textus in illis verbis: Ille transgressor Evangelicae legis: atque ita sententia Innoc. & alij superius relati, & declarat in eodem cap. 1. Felin. n. 23. vers. Secundo limita hanc conclusionem, & Sylv. in verb. Matrimonium, 2. q. 3. prope finem, vers. Quod non est verum: & quatenus Butr. ibi exempliter in consuetudine laicali, hoc tamen non ideo facit, quod Clerici in ea non comprehendantur; sed quia denominatio sit a Laicis, in quibus major pars populi consistit. Sicut Collegium consistit laicale, si in eo plures sint

laici, quam Ecclesiastici, secundum Barr. in l. fin. ff. de Colleg. illic Abb. in c. de iusticia, n. 3. de consuet. Sylvest. in ver. Collegium, in primis. Sed nec citi potest haec consuetudo legitime praescripta, quia cum sit contra ius divinum, ut probatur in dict. cap. 1. de spons. in istidem verbis: Ille transgressor Evangelicae legis, ut notant ibi Cardin. & alij, nullo inquam tempore potest praescribi, cap. Cum esset, de restitut. & est communis omnium retolutio in cap. Quanto, de consuet. teste Covarr. variat. resolut. lib. 3. cap. 1. 3. num. 9. Rationem reddit S. Thom. in 1. 2. q. 8. art. 3. ad 1. quia lex divina procedit a voluntate divina; unde non potest mutari per consuetudinem procedentem a voluntate hominis, sed solum per auctoritatem divinam mutari potest: & inde est ut nulla consuetudo vim legis obtinere possit contra legem divinam, glos. in d. cap. fin. in verb. Legitime, vers. Et quod sit tale ius, facit text. in d. c. Quod super his, de consuetu. & affinit. ibi: (Ne autem infra gradus prohibitos matrimonium contrahatur, debes publice inhibere, & praesumptores Ecclesiastica diffinitione punire, non oblitte consuetudine, quae dicenda est potius corruptela.)

17 Praeterea ad hoc ut sit legitime praescripta, multa alia desiderantur, idque satis innuit listera praedicta Decretalis ult. de consuetud. quae dum requirit, ut longeva consuetudo, ad hoc, ut deroget iuri positivo, sit legitime praescripta, satis aperte innuit ultra tempus necessarium ad praescriptionem inducendam, alia etiam debere concurrere, quae implicite continentur sub illo verbo, Legitime, & recensentur ibi a glos. & Doctoribus. Inter haec autem illud est praecipuum, ut consuetudo inducitur fuerit sciente, & patiente Principe, qui potest in his jus condere, Innoc. in rubr. de consuet. Felin. qui alios citat in cap. cum ex officio, n. 8. de praescript. Cravert. conf. 96. n. 7. Sylvest. in ver. Scutum, n. 8. glos. & DD. in d. cap. fin. de consuet. quod maxime procedit in sacramentalibus, Clem. fin. de anat. & qual. glos. in cap. Vir. in fin. de secundis nuptijs, & ibi Anton. de Butr. num. 7. Abb. in fine, Praepol. n. 3. & 5. Alexand. de Navo, num. 8. Rossella in verb. Nuptiae, n. 2. Sylvest. in verb. Consuetudo, q. 7.

18 Nec satis est, ut putat Sanchez, scientia illa generalis, quam Pontifex habuit, cum edidit Constitutionem dict. cap. fin. de consuet. sed requiritur specialis, & individua secundum opinionem, quam sequitur Rota ut in Romana concordia S. Petri, & eorum Cardin. Cavalerio, post glos. Hostien. & Abb. in dict. cap. fin. de consuet. qui melius locuti sunt, quam Thomas Sanchez, ut inquit novissime Basil. Pont. de matrim. lib. 6. cap. 6. n. 5. Quinimo nec sufficit consensus Principis permittentis, sed requiritur etiam approbantis, cum eadem potestas requiratur in legis abrogatione, quae requiritur in ejus editione (multa enim per patientiam tolerantur, &c.) cap. cum iurisdicendum, de prebend. ut late probat loco citato, idem Basil. Pont. qui loquitur in terminis consuetudinis, de qua agitur, & pluribus consistit opinionem Sanchez, ubi supra, & Suarez lib. 6. de legibus, cap. 12. in fine, circa intellectum d. cap. fin. de consuet. & ut diximus, haec est sententia Hostienus communiter approbata in d. Super eo, infra eod.

19 Nec mirandum quod Sanchez hanc vim tribuat consuetudini laicorum & clericorum simul, quando quidem

do quidem eam tribuit etiam Principibus saecularibus, quos lib. 7. de imped. disp. 4. q. 5. nu. 2. indubie affirmat ex genere, & natura ius potestatis posse impedimenta matrimonii dirimentia fidelibus sibi subditis ex iusta causa suus legibus indicere eo pacto, quo Summus Pontifex, id potest, quod est contra Sacrorum Canonum, & Tridentini Concilij decreta, ac receptissimas Theologorum, & Canonistarum traditiones, de quibus late per Felin. in cap. 1. de spons. motus potissimum ea ratione, quod cum potestas saecularis ad tranquillitatem Reip. sit instituta, ejus est id quod ad hunc finem desiderat providere, quale est circa matrimonium mentis sancire, illa impediendo, & irritando; cum inde maxime pendeat tranquillitas, & recta Reip. gubernatio.

Quippe hoc argumento liceret etiam saecularibus potestatibus tollere impedimenta dirimentia, & dispensare in gradibus prohibitis, cum id multoties expediat Reip. tranquillitati, puta ad sedandas capitales inimicitias inter magnates, ad conservanda bona feudalia in familia catholica, ne transleant in haereticos, vel infideles, aut ob aliam publicam causam ad praescriptum cap. 5. sess. 24. de reform. matrim. Rursus hoc argumento tas eilet magistratibus saecularibus ex vi suae potestatis Clericorum delicta coercere, Ecclesiasticos ad subeunda onera Reip. compellere, delinquentibus ad Ecclesiam fugientibus immunitatem Ecclesiasticam adimere, Patenas, Calceas, & Vasa sacra convertere in utilitatem Reip. & alia pleraque his similia, quod tamen impium esset alterere.

20 Itaque cum jurisdictiones fuerint a Deo distinctae, non omnia, quae publicam utilitatem concernunt promittunt per utramque jurisdictionem agenda sunt, sed temporalia per potestatem legalem, spiritualia vero per Ecclesiasticam, sub cuius tamen iudicio, & ordinatione sunt constituta, text. est singularis in c. cum ad verum: quod est desumptum ab Epistola Nicolai Papae ad Michaelum Imperatorem, & in cap. si Imperator, 96. dist. cap. si quis a proprio 21. q. 1. & habetur 10. dist. per totam, & in cap. solus, de major. & obed. Quae de re magistratibus tractat Joannes Andr. post Hostien. in c. Per venerabilem, col. 6. in ver. plenitudinem potestatis, Qui si sunt legi.

21 Matrimonium autem cum inter fideles non solum habeat rationem contractus, sed ex institutione Christi adiunctam etiam habeat rationem Sacramenti, jam res sacra est: nec quodd illius materia contractus sit, satis est, ut possit magistratus civilis super eo leges condere, Quemadmodum est homines, argentum, & aurum sunt materia subiecta legibus saecularibus, tamen postquam illi per manus impositionem ordinati sunt Clerici, & haec per consecrationem effecta sunt Vasa sacra, jam non subsunt amplius saeculari potestati, ut contra Thomam Sanchez, quem dicit motum levissimis fundamentis advertit Basil. Pont. de Sacramento matrim. lib. 6. cap. 2. Idque satis etiam evidenter constat ex cap. 1. sess. 24. de reform. matrim. ubi matrimonium clandestina sancta Synodus diffinita, & vera esse matrimonium quamdiu Ecclesia ea irrita non fecit: idemque diffinit de matrimonijs contractis a filijsfam. in vitis parentibus, quae tamen irrita sunt de iure civili, ut l. Nuptiae, lae. de ritu nupt. ergo ut matrimonium sit ir-

ritum, necesse est ut Ecclesia illud irritum faciat, nec sufficit legalis auctoritas. Conferunt eisdem Concilij decreta can. 12. & cap. 9. ead. sess. & cap. 20. sess. 25. de reform.

Accedit quod laici in causis matrimonialibus potestatem non habent iuris dicendi, ut habetur in cap. Causam qua, qui si sint legit. ergo nec juris condendi, quia forum sortiri, & status ligari a pari procedunt, cap. fin. de consuet. lib. 6. 1. 2. in principio. ff. de eo quod certo loco, Anton de Butr. in rubr. de consuet. nam 7. Socin. conf. 79. num. 9. lib. 4. Cardin. Seraph. de cis. 1018. quod si laici nequeunt sua sententia declarare irritum matrimonium, etiam cum de iure est irritum, ut in dict. cap. Causam qua; quomodo poterunt suis legibus illud irritum facere, cum de iure est validum; ita in effectu arguit Joan. Andr. in dict. cap. Per venerabilem, colum. 3. vers. Imperator autem, qui si sint legit. potestas igitur statuendi jurisdictione dependet, cap. Anobis, si primo, de sentent. excommunic. 1. fin. ff. de iudiciali. omni. iudic. Barr. in l. Omnes populi, in 1. quasi. in princip. ff. de iustit. & iur. & in quocumque actu ad illum validitatem necessaria est iusta potestas, c. Cum super, de offi. deleg. 1. cum te, ubi Bald. num. 1. C. de donat. ante nupt. Nec sufficit causa quantumcumque rationabilis, ut putat Sanchez, quia haec non tribuit potestatem ita utenti, ut inquit Bald. in leg. Cunctos populos, n. 1. §. C. de Summ. Trinit. & est text. in cap. Ecclesia S. Mariae, & ibi notat Butr. num. 20. supra de consuet. & potestatis defectus temper, & indistincte nullitatem producit, ut ibi per Butr.

23 Nec D. Thomas aliud sentit: nam etsi in 4. distincti. 3. q. 2. quae sit. unica, artic. 1. ad 4. asserat matrimonium in quantum est in officium naturae, statui lege naturae; in quantum est Sacramentum, statui iure divino; in quantum est in officium communis iuris, statui iure civili; & ideo ex quolibet dictorum legum posse aliquam personam officii ad matrimonium illegitimum; & idem fore docuerit in 4. contra gentes, c. 78. Non tamen inde licet inferre, ut quilibet ex praedictis legibus possit efficere indistincte omnes personas illegitimas ad contrahendum, sed quilibet lex aliqua tantum personam, ut Divus Thomas loquitur, excepta lege naturae, quae communis est omnium nationum, cap. Ius naturalis, prima distincti.

24 Et quidem lex divina positiva in quantum ordinavit Sacramentum matrimonij ad regimen Ecclesiae, & conservatio-nem Christianae Republicae, inhabitat ad contrahendum fideles duntaxat, cap. Quanto, & cap. Gaudemus, de divor. cap. De infidelibus, de consanguinitate, & affinitate. E contra vero lex civilis in quantum statuit matrimonium in officium communis iuris, & in bonum politicum, non potest inhabitare nisi infideles, inter quos matrimonium non est Sacramentum, sed purus contractus naturalis, ut in d. cap. Quanto; & quamvis in d. cap. Gaudemus, Sacramentum conjugij apud fideles, & infideles dicatur existere, hoc tamen quoad infideles improprie debet intelligi, deficiente scilicet fundamento omnium Sacramentorum baptismo, c. 1. & cap. fin. de presbyt. non baptizant. At vero inter fideles, apud quos matrimonium est elevatum a Deo in Sacramentum, lex civilis minime potest quemquam efficere illegitimum ad contrahendum sine auctoritate Ecclesiae; ut declarat ipsemet D. Thomas in 4. dist. 42. art. 1. ad 4. juncto argumen-

to